AETATVM

Mundi Septem ſupputatio, per Carolum Bouillum Samarobrinū, ad Franciſcum Molinū virū clariſſi. & Regiorū eleemoſynarum principem.



Venundatur Iodoco Badio Aſcenſio.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E.
ROMA
BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Carolus Bouillus Samarobrinus, clariſſimo viro. D. Franciſco Molino, abbati ſancti Maximini, Regiorum eleemoſynariorum principi. S.

SVaſit enixius, digniſſime vir, quidam mihi amiciſſim⁹: vt libellum, quem de ſeptenis temporum ætatibus cōpoſuerā: e ſcrinio in publicū proferrem. Idq; cū pluries facere recuſarem: vicit tandem importunitas amici: cui ſane id denegare nequiui: quod tantopere a me efflagitabat. Nolebam profecto opuſculū ſtylo immaturū, nec ſatis emūctū, (quippe qđ maxima celeritate fuerat excuſum) paſſim omnibus legendum exhibere. Cæterum obiiciebat ille, ſe permagno teneri legēdi opuſculi deſiderio: nec eum quem cōceperat feruorem, ſe remiſſurum: quoad voti compos euaderet. Fruſtra ſiquidem librum ſcriptū eſſe: ni & in hominum preſertim amicorum manus, legendus exeat. Cum ergo is me, eius rei gratia, crebris & verbis & literis inceſſeret: tāto amici rogatui pene inuitus acquieui: & forte citius q̄ par erat: librū prælo cōmittendū curaui. Et cū patronū vt ſolet eidem diſquirerē: protinuſq; tui noīs memoria, noſtrę ſe mēti ingeſſiſſet: annui illico: nec aliud mehercle præclarius nomē mutuādū exiſtimaui: qđ expetiti patrocinii cauſa, p̄ſentis libri titulo inſcriberet: eiq; nō mediocrē ſplēdorē cōferret. Nā bonarū literarū tibi inſitus amor: ſic tuū animū erga earū ſtudioſos inflexit: vt te, earū cultorib⁹ nō modo acerrimū defenſorē: ſed & optimū Mecœnatē, noſtro æuo acceſſiſſe, addubitet nemo. Habe igit̃ ac tuere impēſi⁹, dedicatū tibi opuſculū: ī quo, quāta potui breuitate, ſeptenas mūdi ętates pcurrēs: qualiter ex diuinorum eloqorū fonte & auctoritate: lapſa ab initio mūdi, vſq; ī p̄ns, tpa ſint colligēda pdocui. Obiiciēt fortaſ

ſe q̄plurimi:latiſſimam cum vulgaribus communioribuſve hiſtoriis inde apparere temporum diaphoniam. Sed id,nihil propoſito noſtro obeſt:Eos enim tantummodo mundanę durationis annos explorare ac recenſere mihi animo inſederat: quos certiſſimi & indubitati ſacræ ſcripturæ paſſus,curioſis indagatoribus promunt. Annexui in fine opuſculi,quęſtiones nonullas:q̄bus ab amico,quodam viro,Nicolao Paxio,in arte Remundi Lullii peritiſſimo,epiſtolari more pulſatus:pro viribus reſpondere niſus ſum.vt hoc pacto,quod priuatim (tū per nimiam locorum diſtantiam:tum per tabellarii penuriā) abſoluere non dabatur:publice viderer, tanti amici deſyderio facturus ſatis,expleuiſſe. Vale.

Caroli Bouilli Samarobrini:De ſeptem mundi Aetatibus,libellus. Ad clariſſimum virum.D.Franciſcum Molinum,abbatem ſancti Maximini,ac primum Regis eleemoſynarium.

Rerum durationes.
- Aeternitas.
- Aeuum.
- Tempus.
- Inſtans.

Aeternitas.
- Sine principio.
- Sine medio.
- Sine fine.

Aeuum.
- Primum.
- Secundum.

Tempus.
- Temporū interualla.
- Creatio.
- Diluuium.
- Vocatio.
- Legiſlatio.
- Regnum.
- Regeneratio.
- Conciliatio.
- Conſummatio.

Eiuſdem in opus ſequens Pręfatio.

QVãq̃ de ſubſtantiarum,omniũq; rerum durationibus ac permanẽtiis: in aliis opuſculis locuti ſumꝰ: qa tñ earũ diſpartitio,pręſenti opuſculo non paruam vtilitatem eſt allatura,ideo rurſum ab earũ ſpeciebus ac differentiis:non ab re, pręſens opuſculum duximus inchoandum.

De Rerum durationibus.

Et primũ de ęternitate. Cap.I.

REerum durationes,ad ſimpliciũ mũdi elementorũ normã,quaternario nũero diductę ſũt: Aeternitate,Aeuo, Tempore,Momento.Aeternitas,eſt primogenia & antiquiſſima durationũ omniũ,vtraq; parte immẽſa,ac penitꝰ interminata.Hãc ſi ĩ amuſſi & regula analogię cupis agnoſcere: dic perſimilẽ eſſe rectę lineę, quam omni terminorũ ac differentiarũ limitatione,id eſt principiorũ,mediorũ,ac finiũ inhęſione:noſtra intelligentia propriũ modũ tranſiliens,& a ſeipſa penitus excedẽs: ſe exuiſſe & expertem feciſſe quoquo modo ſibi perſuadet.Quod eñ ſenſuũ noſtrorũ,breuis & imbecillis ꝑcipiendi modꝰ nullo pacto capeſſit: id potioris & efficacioris intelligentię longe ſubtilior acies:quomodolibet apprehẽdit,& ſibiipſi diſciplinę gratia effingit. Quid æternitas.

Aeternitatis ꝓprietates, ſunt tres:Qꝫ ſine principio,Qꝫ ſine medio, Qꝫ ſine fine.Vbi eñ eſt medii poſitionem reꝑire: ibi mox & habitũ cõperies extremorũ.Et ex lege oppoſiti,ſi cuiq̃ defuerit extremorum poſitio:huic oportet & viceuerſa, medium proculdubio deeſſe. æternitatis ꝓprietates.

Eſt & aliud quiddã ꝓclarũ & ꝓcipuũ æternitatis inſigne: Qꝫ in quã ſolius dei apta & æqua ꝑmanẽtia eſt : nulli creaturarũ gñi cõmunis.Nã ꝓpriũ ſoli deo eſt:vt ab nullis ſuę durationis terminis,vtrãq; in partẽ diſcurrẽdo:in ſeipm̃,velut ꝑſſus reſiliat,reprimat,coarctetur, vt q ſubſtãtiã quidẽ habet ĩter-

minam,immẽſam,& oĩa excellenter abſq; vlla ꝑportione am-
bientem:nulli ꝑrſus terminorũ captui nullive menſuræ aut
metro ſe ſubiicientem.

De Aeuo. Cap.II.

Quid æuum. AEuum eſt duratio parte quidẽ vna metam ac terminũ habẽs:reliqua vero ſui poſitiõe,iterminata atq; ĩdefinita.

Duplex æuum. Quãobrem duplex eſt ac gemina æui ſpecies.Aliud eñ eſt æuũ primum: aliud vero ſecũdũ.Primũ ęuũ licet certo ſtatoq; fine contractum,in immenſum ſe fundere inhibeatur:eſt tamen exors principii, & a nulla origine ſcaturit emergitq;. Secundum vero ediuerſo: cum certũ habuerit ſubſiſtẽdi initium,& a primo aliquo momento ſuę durationis lineã inchoarit:nullo tamẽ fine claudetur: nullamq; periodum impertrãſibilis ſui curſus attinget.

Vtriuſq; æui durationes ac ꝑmanentię:cũ momẽto eodẽ adinuicem connexę ſint & cohętentes: nulla morula nulliusve durationis lapſu,abinuicẽ diſpeſcuntur. quandoquidem vnũ atq; idem inſtans eſſe reperies:quod eſt & primi totius æui finis,& totius ſecundi initium.

Primũ æuum Primum æuũ cum diuinę ſingularitati ac ſolitudini adaptetur:dei ſolius durationẽ & eius in ſeipſo ſolo manſionem extendit.In quo quidem exiſtẽs ab ęterno ſolus deus: præintelligitur ab omni creaturarum contubernio ſemotus & abiunctus fuiſſe.vtpote in ſeipſo ſolo manẽs:& exteriore ſui operatione nondum quicq̃ parturiens,nondum nihilo & ei quod non eſt,eſſendi naturã ac ſubſtantiam impartitus.

Secũdũ æuum. Secũdũ æuũ:eſt diuini contubernii diuinęq; ſocialitatis emenſio ac permanẽtia.in qua, deus qui ab ęterno ꝑ inſerutabilem interioris ſuę actionis efficaciam nuſq̃ ab ſeipſo excedendo,ſoli ſibimetipſi agnitus,perſpectus,& cõmunis fiebat: demum per bonę voluntatis exceſſum,exteriore ſui operatione ac diuidua ſuę ſubſtantiæ propagatione defungi cœpit.Per quam vniuerſa in primis,tã q̃ non videmus,q̃ q̃ cernimus entia:in-

uiſibili admirandę ſuę potētię verbo e nihilo ꝑduxit. Et ſubin
de īmortaliū & ſapiētię participū creaturarū vt angelorum
atq̃ hoīm, amica & piucūda pſentia oblectatus: ſibimetipſi ea-
rū cōſeruatione, ſalute, & pace, iugiter applauſurus & aggra-
tulaturus eſt.

Vtriuſq̃ ęui: primi qdē finis, ſecūdi vero īitiū: ē ei⁹ īſtātis pū-
ctū, ī quo plucidas angelicarū beatitudinū eſſētias, p toti⁹ ſui
operis ſubſtantiali primordio, deus ad eſſe, efficaciſſimi verbi
imperio repente perduxit.

Nulli creaturę ꝓpriū aut peculiare cēſeat: in primo ęuo fuiſſe
aut ſubſtātiā habuiſſe. Id eñ ęuū: differentia q̄dā eſt creato-
ris dei & creaturarū oīm. In quo quidē deus, vtpote ętern⁹ &
increatus rerū omniū author: ſingulariter añ omnē creaturā,
in ęterna ſuę ſolitudinis manſione ſibi ſoli agnitus reſedit.

Aeui ſecūdi durationē, & cœptā quidē, ſed indeſinētē iugēq̃ Quę ī ſe
pmanentiā: cuncti angeli in primis obierūt. Deinde & rationa cundo
les aię, ſecundo loco, ꝓpter ſeipſas, in eiuſdē ęui duratione ſta æuo en-
bile & incorruptibile eſſe ſuſceperūt. Ac tertio demū loco oīs tia.
materia prima, in eiuſdē ſecundi ęui indeſitura ſucceſſione:
nō propter ſe, ſed ob pſtantiorū formarū ideas ingenerabilis
& incorruptibilis eſſentię dotē a ſummo authore ſe obtinuiſ
ſe gaudet. Poſtremo vero ac ſupremo oīm loco humani etiā
corporis compaginatio (propter rationalium animarum im-
mortalem poſt hanc vitam euectionē) eiuſdem incorruptibi
lis & indeſituri ęui pmanentiā ſubibit. Humana eñ corpora: De reſur
q̄q̄ ſuccedēte labilis & pfunctorię hui⁹ vitę periodo: & ꝓpriis rectione.
animabus ſpolientur: & ſpoliata vſq̃ in partiū ſuarum diſſo-
lutionē morte extabeſcant: in futurę tamē reſurrectionis mo
mento (in quo, diuina virtute, ex naturalibus atomis, eq̃ pul-
uere ſuo iuxta veridici eloquii pdictionem inſtaurata & inte
gra cōſurgēt) rurſum illas eaſdē aīas, ſub īmortalitatis vicu-
lo reſumēt: iiſq̃ iuge & nulla de cętero morte ſolubile natura
lis euectiōis obſeqū īpēſura eſſe celebrant, credunt, ſperātur.

Præter hæc tria quæ diximus entium genera:angelos inquã, rationales animas,& materiã propter rationalium animarũ euectionem:nihil ſupereſt vſqueadeo firmo & inſolubili eſſendi nodo,ſibimetipſi cohærens atq; connexum:vt immutabilẽ ſuæ ſubſtantiæ ſortem adeptum ſit:& ad immortalis æui gloriam pertingat.

De Tempore. Cap.III.

Quid tẽpus.

TEmpus eſt ea ſecundi eius pars:quæcunq; effluxit ab inſtanti creationis angelorum:vſq; in præſentem & adiacentem nobis atomum.Et ea rurſum eiuſdem æui portio quæcunq; a præſenti & adiacente nobis atomo,vſq; ad inſtans conſummationis & reſolutionis omnium,interceſſura & elapſura eſt.

Temporis,ea quæ nobis adiacet atomus:præſens appellatur. Pars vero prior,præteritum:ſequens autem,futurum vocat. Tempus,menſura eſt & extenſio quædam,exterioris diuinæ operationis.Quãdoquidẽ non in ſupremæ æternitatis immẽſitate:ſed in ſolo tẽpore,creat deus aliquid.vt q ſicut ante tẽporum initium,nihil creauit:ita & poſt extremam ſupremã ve temporum periodum:nihil demum creaturus,& nihil ex nihilo facturus eſt.

Tẽp9 tãto ab ãteriore pte,lineã gñationũ & corruptionũ trãſcẽdit:quãtũ ẽ id ſpatii,ĩ quo de9:cũ ãgelos tũ materiã primã, tũ demũ primogenia cũctarũ ſenſibiliũ ſpecierũ ĩdiuidua ꝑcreauit vſq; ad initiũ naturaliũ gñationũ & corruptionum. Septẽ primæui & præcipui dies:qbus oĩa,cũ pfecit deus,tũ ab vniuerſo mũdi opere iã patrato & pfecto,receptui canẽs,in ſeipſo qeuit:velut prę oĩb9 ĩſignes atq; exẽplares:lineã ſenſibiliũ gñationũ & corruptionũ,duratiõis & antiqtat| ordĩe ꝓcellũt.

De temporum interuallis. Cap.IIII.

ID omne qđ dicim9 tẽpus:quã etiã vniuerſam mũdi hui9 duratiõnẽ appellam9:octo pſertim pũctis atq; euẽtib9,in ſeptena interualla ac ſpatia,nõ ab re diſpartiemur.

Puncta ſunt hæc:Creatio,Diluuium,Vocatio,Legiſlatio,Regnum,Regeneratio,Cōciliatio,Cōſummatio.Interualla vero ac ſpatia ſunt:quęcūq; inter duas & duas inſignes huiuſmodi temporum nouitates,memorabileſq; euentus interhiant. Cōtingētia octo.

Primū enī temporū interuallū id eſt,quod a creatione mūdi, ad diluuialē illā & ſuperbis gigātibus fatalē aquarū toto orbe inundationē interceſſit.Secūdū,qcquid tēporis a diluuio, ad vocationē iuſti & fidelis Abraæ numerat.Tertiū quod ab Abraæ vocatiōe,ad legiſlationē,quę facta eſt ſub Moyſe in deſerto,pertranſiit.Quartū quod a legiſlatione,vſq; ad Dauitici regni initiū effluxit.Quintū quod ab ortu & initio Dauitici regni vſq; ad omniū regenerationē,ex Chriſti natiuitate pēdentē ſucceſſit .Sextū qđ ab humani generis regeneratione: quę in natiuitate Chriſti,fęlix ſuſcepit initiū:vſq; ad conciliationē vtriuſq; teſtamēti,quę vocatur abiecti Iſraelis reductio & ad deū patrū ſuorū cōuerſio,pertrāſibit.Septimū & omniū poſtremum:quod ab Iſraelis conuerſione vſq; in finē mundi, & extremam præſentis ſæculi conſummationem ſuccedet. Septem mūdi interualla.

De Creatione omnium. Cap.V.

Creauit oīa de nihilo deus:nō vtiq; de ſuęipſi⁹ ſubſtātiæ proprietate,neq; rurſus de ente aliquo ſibi coęterno,aut in durationis paritate ęquali.vt q cū immēſus ſit,& terminorū expers:virtute intermīnę & mēſurā omnē excedētis potentiæ ſuæ:potuit cum primum voluit,de non ente facere ens:& ei quod penitus nō erat,dare eſſendi initium.

Sex diebus iuxta ſacrę literę hiſtoriā,vniuerſum pulcherrimi mūdi ornatū pfecit.qbus oēm,tā inuiſibilē q̄ viſibilē creaturā iuxta ſpeciē ſuā ad eſſe pduxit.Septima vero die,ab omni opere,nō quaſi fatiſcēs & exhauſtę ianitęq; virtutiſ,ſed vt volūtariū,pfecto & cōſummato iā mūdo,terminū imponēs,reqeuit.

Prima die,creauit de⁹ cęlū & terrā:iuſſitq; ſup chaos īformiū & inaniū tenebrarū:aureę lucis emergere ſplēdorē.quā ēt mox a tenebris diſcreuit,appellauitq; lucē diē:tenebras vero noctē. Prima dies.

Secunda dies. Secūda die,fecit deꝰ firmamētū in medio aquarū: ſublunares inferioreſq; aquas,ab ſupercœleſtibus aquis,interſtite ſuſſiſſima firmamenti mole,dirimens.

Tertia dies. Tertia die ſparſam ſub cœli ambitu liquidā,& faciē orbis tegentē aquarū ſubſtātiā:cōgeſſit in locū vnū,vt appareret arida:vocās aridā quidē terrā,cōgregatiōes vero aquarū maria appellās. Produxit itē ea die e terra hærbā virentē,& facientē ſemen:& lignum pomiferum,faciens fructū iuxta genus ſuū: cuius ſemen in ſemetipſo erat ſuper terram.

Quarta dies. Quarta die fecit luminaria in firmamento cœli,vt diuiderēt diē ac noctē:& eſſent in ſigna & tēpora,& in dies & annos,& illuminarēt terrā. Fecitq; duo luminaria magna:lumiare qdē inſigniꝰ,vt diei præeſſet,& luminare minꝰ vt præeſſet nocti.

Quinta dies. Quinta die creauit reptilia aīæ viuētis & volatilia ſub firmamēto cœli:& cete grādia:& oēm animā viuētē atq; motabilē, quā ꝑduxerāt aq̄ ī ſpecies ſuas. Bn̄dixitq; eis dicēs:Creſcite & mltiplicamini & replete aq̄s mar[:aueſq; mltiplicēt ſup terrā.

Sexta dies. Sexta die ꝑductis ad eſſe,ī triplici gn̄e,aīantibꝰ imꝑfectis:vt reptilibus,natatilibꝰ,& volatilibꝰ:potiora & pręſtātiora ꝑduxit animātia in gn̄e ſuo.vt iumēta,& cūctas beſtias terræ ſecūdū ſpecies ſuas,quæ ſup terrā gradiunt. Fecitq; poſtremo hominē ad imaginē & ſimilitudinē ſuā:vt ꝑeſſet reptilibꝰ,natatilibus,& volatilibꝰ cœli,& beſtiis terræ,& omi demū creaturæ.

Septima dies. Septima die,perfecto omni ornatu cœlorū & eorū oīm q̄ ſunt in terra:Deus,nō vt iā prędiximus laſſeſcēs,ſed volūtarie & vltro,perfectæ creationis modū cohibens:requieuit ab omni opere quod patrarat. Benedixitq; diei ſeptimo & ſanctificauit illum:quia in ipſo ab omni opere ſuo receptui canens in ſuæ diuinitatis crepidine reſedit & quieuit.

Et q̄q̄ hic ſacræ ſcripturæ textus:angelorū & materiæ creationē manifeſte & ad literā ſilere & ꝑtermittere videt:vult tn̄ ſecretiꝰ eorum rationem,ad cœli & terrę:vel certe ad lucis & tenebrarum creationē eſſe referendā. Etenī angelorū memo

riam,per coelũ & lucem:Materiei vero mentionẽ,per terram ac tenebras,arcano nutu ſubintelligi oportere.

De lapſu & excidio protoplaſtorum. Cap. VI.

Plantauerat Deus ab initio paradiſum voluptatis:ĩ quo protoplaſtis omni arborũ ac florum amoenitate & vera quadam voluptate cum praecipua immortalitatis dote fruituris,perennẽ manſionem concesserat:pręcipiens eis,vt ex omni quidem ligno paradiſi veſcerẽtur:pręterq̃ e fatali ligno ſcientiae boni & mali.Adiecerat & interminationem:vt ſi aliquando quouis modo illecti,ex illo comediſſent:ſcirent ſe,qui corruptibilis generationis initium acceperant:conſentaneam quoq; ſuae origini,id eſt morti obnoxiam vitam variiſq; paſſionibus & perturbationibus ſubditam eueſtigio habituros. Verum inuidens huic innatae primorum hominum felicitati aſtutiſſimi nequitia ſerpentis:cupienſq; ab diuinae amicitię familiaritate abducere ac ſeparare noſtri totius generis primordia:ſtructis mira arte inſidiis,incautam in primis mulierem,per quam deinceps & virum,blanditiis vxoris nimis ob ſequentem eluſit.Nam pollicitus vtriſq;,nequaq̃ eos ex vetiti ligni eſu morti obnoxios fore: quinimmo ſatius ad quandam deorum aequalitatem ac ſimilitudinem promouendos:q̃ citiſſime ambos,in diuinorũ mandatorũ praeuaricationẽ pellexit:& ex ĩhibito fructu mãducare nolentes volẽteſq; coegit. Caeterũ hos vota mox lõge aliter ſuccedẽtia fefellerũt:vtpote qui ꝓ ſupbe ac temere expetita deorũ aequalitate ac ſimilitudine,cõfeſtim infelici paradiſi exilio mulctati ſunt:& miſerabiliter ꝓpoſitã aeternitatẽ mortalitate mutauerũt:vitãq; beatã opulẽtiſſimo dei lumine iugiter illuſtratã:ſuccedẽte vitę gñe aſſiduis variiſq; ꝑturbatiõib⁹ & morti demũ obnoxio ꝑdidert. Nudi antea ĩ pacatiſſima & imꝑturbata paradiſi amoenitate viuebãt:vbi q̃a ſuauis incorruptibiliũ elemẽtorũ aura,pugnę cõtrariorũ expers:humani corporis ſaluberrimã cõplexionẽ tuebatur:nullã illius harmoniae diſtẽperiẽ,nullam ęgrimonię

Lapſus protoplaſtorũ.

aut mortis cauſam intuliſſet. Erãt etiã ſociali angelorũ pſentia, nec non & diuina allocutione felices. Se quoq; nudos vel opimẽti ĩdigos eſſe nõdũ agnouerãt: vl' erubeſcere didicerãt. Donec per exitioſam diuini mãdati transgreſſionẽ, q̃ peccati ſpinã cordibus eorũ infixit: aptis illico interiorib9 mẽtis oculis: ambulãti ad aurã poſt meridiẽ deo occurrere nõ ſolũ auſi nõ ſunt: ſed velut pvaricatiõis diuinorũ mãdatorũ rei, ſibiq; intus cõſcii: & ne diuino cõſpectui ſiſterent, inter ligna paradiſi latibula diſqrentes: mox q nudi eſſent, & agnouerunt & erubuerũt. Et cũ natiuã corporis nuditatẽ, conſertis ficorum foliis, pizomata texẽtes, velare & operire niterent: miſert9 eorũ deus, haud prius eos e paradiſi amœnis ſedib9 emiſit q̃ pelliceis tunicis induiſſet. idq; non ab re, inter mechanicarum artium genera (quę ad numerũ ſeptenariũ, totius humani corporis curã gerunt) antiquitatis primatum aſcripſit. Non eñ prius e paradiſo exierũt: q̃ vel a ſeipſis (vt qui ſibi perizomata conſuiſſent) vel diuino artificio, quo pelliceas veſtes acceperant: texendi peritia & arte aliquatenus imbuti.

Quę prima mechanicarũ artiũ.

De tribus Adę filiis & parricidio Cain. Cap. VII.

POſt fatalis vetitiq; ligni eſum: offenſus iratuſq; transgreſſione pcepti ſui deus: mox quadruplici maledictiõe in creaturas ſuas inuect9 eſt. Prima in ſerpentem, cuius ſuggeſtione & verſipelli aſtu, peccati ſcintilla humano generi primitus irrepſit. Secunda, in mulierem. Tertia, in virum. Quarta, in terram omnium animalium parentem. In primis enim ſerpentem, dirę maledictionis infamia, ex omnium animantium contubernio ſemouit, cui etiã edere terrã: & vt pectore ac ventre ſuper terram innitens, graderetur indixit. Mulierem, nimium ſerpenti credulam: ſanxit deinceps haud abſq; dolore & cruciatu filios aut filias parituram: eamq; poteſtati ac dominio viri, voluit eſſe ſubiectam. Virũ naturalis ſeu quotidiani panis affluentia mulctauit: indicens illi vt teę

Quadruplex dei maledictio.

tam manibus excoleret,qui amodo in ſudore vultus ſui per neceſſario pane veſceret.Terræ poſtremo magna ex parte ſterilitatem immiſit: ne,etſi ſemina ab excolente homine accipiens:fructuum tamẽ copiam afferret:inſuper & tribulos illi ſpinaſq; germinaret.Igitur eliminati e paradiſo protoplaſti: & in terram de qua ſumpti ſunt,vt eam operarentur,remeare iuſſi:tres tandẽ filios,iuxta mentionem ſacræ ſcripturæ genuerunt.Primogenitum Cain,medium Abel,tertium Seth. Sed is qui ab initio humanæ felicitati in paradiſo inuidẽs:noſtri generis primoribus virus mortis propinauit:mox etiam extra paradiſum degẽtibus:inter eorum filios diſcordiam ſeminauit:& ex fraterna diſcordia homicidium cõflauit. Cum enim Cain & Abel fratres,quadam die:rerum ſuarum primitias deo offerre decreuiſſent: hic quidem obtulit de primogenitis gregis ſui,& de adipibus eorum.Ille autem de fructibus terrę.Erat enim iuxta ſcripturam,Cain agricola:Abel autem paſtor ouium.Cumq; reſpexiſſet deus vultu propitio ad ſacrificium Abel,& ad munera eius:a ſacrificiis autem Cain & ab eius muneribus,indignabũdã faciem auertiſſet:iratus Cain, q; deſpiceretur oblatio eius,fratrem Abel ſub ſpecie colloquii in agrũ perductũ interfecit:primuſq; ſitibundũ terræ vterũ, humano nõdũ cruore cõſperſum,fraterno ſanguine rigauit. Quamobrem nos in propoſito & pręſenti ſupputationis annorum mundi libello:neq; a Cain fratricida,neq; ab Abel iniuſte perempto:vt qui ſtirpe ac prole caruerit:ſed primũ a *Setho* tertio & vltimo filiorum Adam,humanarum generationum lineam ac ſeriem depromemus.

Geneſis quarto.

De humanis generationibus ante diluuium. Cap.VIII.

ADam primus humani generis parens:nequaq̃ communem & parẽ cum cæteris hominibus originem habuit. Nec naturalium generationum ſerie,ex materni vteri tenebris:in huius mũdi ampliſſimam lucem infans vagienſq; p̄ceſſit:ſed integræ p̄fectę ac maturę ætatis hõ a Deo e nihilo

procreat⁹,deiꝗ digito cōpact⁹:repēte vir,e limo terrę ꝓſiluit. Hic vero anno vitæ ſuæ trigeſimo ſupra centeſimum,natura lis generationis ordine: ex Eua vxore (quam deus ex eius in paradiſo dormiētis ſiniſtra coſta ædificatā:eidē cōnubio ſocia uit)genuit Seth,ad ſimilitudinē & imaginem ſuā:vixitꝗ ſu perſtes in terris,poſtq̄ genuit Seth:octingētis annis,quos qui prioribus vitæ ſuæ annis adiecerit:conflabit ſummam totius

Anni Adæ. vitæ annorum Adæ,nongentos ac triginta annos:quibus ex actis vt ſacer textus ait,deficiēs mortuus eſt,ſepultuſꝗ ſi nō nullis incertæ fidei hiſtoriis creditur:in conualle Mambre, ſub ampliſſima Therebintho,quam etiam nonnulli fabuloſe ex eius ore enatam prodidere.

Anni Seth. Seth pater cunctorum viuentiū (Nam ſecundus natu Abel: fraternis manibus peremptus,liberis vt diximus & poſterita te caruit.Et rurſum generationes Cain,in fratricidii piaculū diluuio exterminatę funditus periere) cēteſimo & quinto an no vitæ ſuæ genuit Enos . Vixitꝗ poſtq̄ genuit Enos:octin gentis & ſeptem annis:fueruntꝗ omnes dies vitæ eius,non gentorum & duodecim annorum.

Anni Enos. Porro Enos fili⁹ Seth,anno vitę ſuę nonageſimo genuit Cay nam.cui nato,ſuperuixit annis octingentis & quindecim, fa ctiꝗ ſunt omnes dies vitæ eius nōgentorū & quinꝗ annorū.

Anni Caynā. Caynam quartus ab Adam,ſeptuageſimo vitæ ſuæ anno ge nuit Malalehel,vixitꝗ poſtq̄ genuit Malalehel,octingētis & quadraginta annis.qui cum ſuperioribus adiuncti , nongentos ac decem annos totius vitæ Caynam complent.

Anni Malale hel. Quintus ab Adam Malalehel,quinto & ſexageſimo vitæ ſuę anno genuit Iared.Poſt cuius natiuitatem,ſuperuixit octin gentis ac triginta annis.Factiꝗ ſunt omnes dies eius : octin gentorum & nonagintaquinꝗ annorum.

Anni Iared. Iared ſextus ab Adam,vitæ ſuæ anno ſexageſimoſecundo ſu pra centeſimum, genuit Enoch. Cui nato cum ſuperuixerit

annis octingentis impleuit annorum toti⁹ vitę ſuę ſummam, nongentorum & ſexagintaduorum.

Enoch ſeptimus ab Adã, quinto & ſexageſimo vitæ ſuę anno genuit Mathuſalem. poſt cui⁹ ortũ, vixit in terris trecentorũ annorũ ſpatio. Qui cũ prę cunctis ſuę ętatis hoĩbus iuſtiſſim⁹ eſſet: ambulauit cum deo: nec vt cęteri hominũ, cõſuetę mortis reſolutione, e pręſentis mũdi medio viſibiliter exceſſit: ſed integer ac viuus, a deo ex hominibus tranſlatus, nuſq̃ comparuit. Anni Enoch.

Mathuſale octauus ab Adam, peracto centũ & octoginta ſeptem annorũ, labiis hui⁹ vitę curriculo, genuit Lamech. Poſt cuius natiuitatẽ, vixit ſeptingentis octogintaduobus annis: fuerũtq; oẽs dies vitæ eius, nongẽtorũ & ſexaginta nouẽ annorum. Quãobrem is ſolus, omne mortaliũ genus, ampliore annorũ multitudine viuẽs, excelluit. Periit autẽ naturali obitu eo anno, quo vindices diluuii aquę, vniuerſo orbi irrũpentes, impiorũ gigantũ genus e medio ſuſtulerunt: & labefactatam eorũ immanitate originalis mundi faciem, expiarunt. Anni Mathuſale.

Lamech nonus ab Adam, centeſimo & octogeſimoſecundo vitæ ſuæ anno genuit Noe. cui nomen ab euentu impoſuit dicens, Iſte conſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarũ, in terra cui maledixit dominus, Vixitq; poſtq̃ genuit Noe, quingentis nonagintaquinq; annis: qui ad ſuperiorum eius annorum ſummam collati, ſeptingentos & ſeptuaginta ſeptem annos implent. Quapropter nec hic etiam diluuialibus aquis ſummerſus occubuit: vt qui naturalis mortis fato, caducam definiens vitam: quinq; annis ante diluuium præſenti ſęculo exceſſit. Anni Lamech.

Parcẽs eñ diuinę clementię miſeratio ei ſanctorũ Patriarcharũ catalogo, q naturalẽ humanę originis progeniẽ recta ſtirpe ab Adam vſq; ad Noe nobis exponit: nullum eorum violenta & innaturali diluuialium aquarum irruptione ſummergi paſſus eſt. Sed ex his, alterum quidem viuentem.

& integrę ſubſtantię hominem: in voluptatis paradiſum, angelorū miniſterio deportauit. Alterū, per arcā, e fatali aquarum inundatione, cum filiis & vxoribus ereptum: ſuperſtitē diluuio reliquit. Cęteri vero, paulo anteq̄ diluuii clades ſtagnaret: pacifico obitu e medio tranſlati: ſepulturę bñficio minime caruerūt. Hoc enim pacto ſanctorum patriarcharū corpora, ab impiorū gigantū cadaueribus, lato deus diſpeſcuit interuallo: dum illis quidem ſepulturæ honorē impendi curauit: hæc vero vindicib9 diluuii aquis obrui, tandēq; euiſcerari: & ſuper terrę faciem īſepulta manere, fœdeq; putredinis tabo palam reſolui & in nihilum abire permiſit.

Supputatio annorum, a mundi origine vſq; ad diluuium. Cap. IX.

Geneſis v. NOe vir iuſtus, cum quingentorum eſſet annorum, genuit tres filios: Sem, Cham, & Iaphet. Cum vero ad ſexcenteſimum vitæ ſuę annū perueniſſet: voluntate dei, Geneſis vii. malū omne vlciſci, & illud e ſub cœlis eliminare volentis: tū in primordiali mūdo (quo impiorum gigātum turma, a malignis ſpiritibus in omne ſcelus inſtigata: vniuerſi orbis imperium obtinebat) diluuiales aquę ſupra modum intumeſcentes ſtagnarunt, quę non modo toti humano generi, p̄ter Noe & eius familiam, exitioſę fuerunt: ſed & cuncta terrę animantia hominibus obſequioſa, & propter hominē a deo procreata: dēptis ex mūdorū gñe ſeptenis ac ſeptenis: ex īmūdorū vero ſorte binis ac binis paribus, pręfocantes vacuā ac deſolatā orbis faciem reliquerunt. Quo fit vt ab origine mūdi, ad primam ei9 per cataclisſmū, expiationē: fluxerunt anni mille quingenti & quinquagintaquinq;: quos hoc pacto, rite quiſq; numerare & adinuenire perfacile potuerit. Sumantur vniuſcuiuſq; patriarcharum priores anni, quibus vixerunt anteq̄ liberos procreaſſent. Ex vita quidem Adę, centeni ac triceni: quibus natiuitatem Sethi, trium filiorum ſuorum poſtremi, viuens anteceſſit. Ex vita Sethi: centeni & q̄ni. Ex vita Enos,

nonageni.Ex annis vitæ Caynam,ſeptuageni.Ex annis Malalehel,ſexageni & quini.Ex annis Iared,ſexageni & bini. Annorum vero Enoch:quini ſupra ſexagenos.Ex annis Mathuſale: centeni octogeni & ſepteni. Ex annis Lamech, centum octoginta duo.Ex annis vero Noe,ſexcenti. Tum ex horum omnium annorum coaceruatione conflabis ſummam quam diximus, annorum millenorum quingentorum & quinquaginta quinq;, qui omnes ab origine mundi, aduſq; diluuialem eius expiationē:ex ſacræ ſcripturæ authoritate fluxiſſe & pertrãſiiſſe probantur,vt ſequens tabula clarius ac lucidius exponit.

Formula ſupputationis annorum, ab origine mũdi vſq; ad diluuium.

Ex annis Adæ	130
Ex annis Seth	105
Ex annis Enos	90
Ex annis Caynam	70
Ex annis Malalehel	65
Ex annis Iared	62
Ex annis Enoch	65
Ex annis Mathuſale	187
Ex annis Lamech	182
Ex annis Noe	600
Omnes anni vſq; ad diluuium.	1555

Hęc ergo annorum ſumma: primum temporum interuallũ, quam etiam primam mundi vocamus ætatem : a creatione vniuerſi,vſq; ad diluuii inundationem expēdit. Cui ſecundũ temporum interuallum ſuccedēs:iamiam expoſtulat, vt eius annos, a diluuio ad fidelis & iuſti Abrahæ vocationem permetiamur.

De ſecunda mundi ætate,a diluuio vſq; ad Abrahę vocationem. Cap.X.

PRimæ mundanæ ætatis vt hominũ (tanq̃
luxuriante prima mũdi iuuenta) exuberãs
corporeæ molis proceritas,& vitæ quoq; lõ-
gęuitas:ita & effluens labenſq; in omne ſce-
lus,innata quędam & nimium a recto exor-
bitans enormis animorum malitia:diuinũ
etſi patientiſſimum ſuapte natura numẽ in ſui per aquas ſub-
Gene.vi. merſionẽ iuſtiſſime permouit.Erant enim vt ſacro placet elo-
quio,viri illi potentes a ſeculo,maliciei abundantia famoſi:
quos ab inſigni corporum robore vaſtaq; ac prominente ſta-
tura:gigantes priſci appellandos cenſuere.
Hi nãq; vt vult Babylonius Beroſus,ſpreta virtutis & iuſti-
tiæ æquitate:in omnẽ ſcelerũ immanitatẽ,pro volũtatis arbi-
trio pręcipites ruebãt.Cõmiſcebant matribꝰ,ſororibꝰ,filiabꝰ,
maſculis,& brutis.Aborſus procurabãt:quos in cruẽtũ & ab
ominandũ cũctis eduliũ præparabãt.Et nihil prorſus erat ſce
leris,quod nõ perpetrarẽt,contemptores religionis & deorũ.
Noe vero,vt ſacer textꝰ ait,vir iuſtus ĩ gñatiõibꝰ ſuis:ex omĩ
Gene.vi. gigãtũ peroſa Deo turma,inuenit gratiã corã dño.Et quẽ Be
roſus(qppe vir gẽtilis & pluriũ cultor deoꝝ,diuiẽq; monadis
& indiuiduę vnitatis ea tẽpeſtate ignarꝰ)futurã aquarũ toti
humano gñi exitioſam illuuiẽ,ex aſtris pręſenſiſſe ſcribit:hãc
ille diuinitus diuinaq; præmonitione didicit eſſe venturam.
Gene.vi. Quapropter nutu & imperio diuinæ prouidẽtię,cunctorum
animaliũ poſteritati cauentis:inſignẽ illã mirę magnitudinis
arcam,de lignis leuigatis dolatiſq; fabricare cœpit:quã etiam
manſiunculis,triſtegis,variiſq; cœnaculis(præſcribẽte illi oĩa
Deo)diſtinctã,bitumine introrſus extrorſuſq; liniuit.Et cum
trecentos in longitudine cubitos haberet:in latitudine quin-
quagenos:in altitudine tricenos:eſſetq; cuiuſuis generis ani-
maliũ capax:ex cũctis aĩalibꝰ mũdis,ſeptena & ſeptena: ex im
mũdis vero bina & bina,in eãdẽ vnico oſtio trãſportauit:quã
demũ & ipſe cũ vxore Tithea magna ingreſſus:& cũ tribꝰ fi-

liis Samo,Chamo,& Iapeto,eorũq; vxorib⁹,Pãdora,Noela,& Noegla:imĩnẽtẽ diluuii pĩcula tã ſalutarẽ arcę bñficio vitauit. Gen.vii.
Anno enĩ ſexcenteſimo vitę Noe,mẽſe ſecũdo,ſeptima die mẽ ſis:rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ:& cataractæ cœli apertę copioſiſſimũ ſuper terrã imbrẽ quadraginta diebus & quadraginta noctibus effuderũt.In hũc modũ vndecũq; erũpentibus aquis:e ſuperiore quidẽ mundo in ima labẽtibus:ex inferiore vero ſurſum emergẽtib⁹:factũ eſt vt ex cõcurſu cœleſtiũ atq; terreſtriũ,ſuperiorũ & inferiorũ aquarũ:famoſa illa aquarũ clades,q̃ cataclyſmi ſeu diluuii nomen iure obtinuit, in mũdo impiorũ gigãtũ ſtagnaret:quę omnẽ carnẽ ſub cœlo viuentẽ,præter eã quę ſalutaris arcæ teſtudine & ſupernatante aquis ſtructo diuina voluntate faſtigio tegebat,ſubmerſit. Nã ab his aquis,quę tũ vniuerſo orbi ſeſe infuderãt:& vnius anni ſpatio eidẽ inſidẽtes,labefactatã mundi faciẽ morte & oppreſſione gigãtũ expiarũt:cũ etiã prępruptiſſimorũ mõtiũ cacumina altitudine qndecim cubitorũ alluiſſent:eleuata eſt arca in ſublime:eaq; tãdiu ſuper inſtabilẽ aquarũ ſubſtãtiã huc Gen.vii.
illuc vndoſis fluctibus agebatur:donec his miſeratione diuina poſt centũ & quinquaginta dies minui ac decreſcere incipiẽtib⁹:requeuit in mõte Armenię:quẽ Beroſus Gordieũ appellat:eiuſq; arcę reliqas & p̃cioſi ligni fragmẽta:ad ſua vſq; tẽpora ĩ eo mõte p̃duraſſe,& ad hoĩm ſanitatẽ mirũ in modũ p̃fuiſſe ſcribit.Subiectã quoq; huic mõti planitiẽ Myriadã vocat,id eſt euiſceratorũ hominũ:qui vt ſupueniente diluuio incautius oppreſſi:& aquarum tumore dirupti,crepuerant:ita & inſepulti patefactis viſceribus ſuper faciẽ terrę iacebant.
Anno vero ſequẽte qui erat vitę Noe ſexcenteſimus primus, menſe ſecundo,die vigeſimaſeptima menſis:exſiccata eſt terræ ſuperficies: & egreſſus Noe de arca: altare in eo monte Gen.viii.
quo arca decreſcentibus aquis reſederat: Deo deuotus extruxit: in quo ex cunctis animantibus mundis,faciem Dei placaturus,pacificas hoſtias immolauit.Placatus igitur ſuas

uiſſimi odore ſacrificii deus: pacto cum Noe & cum filiis ei⁹ inito,in arcu Iridis ſignum illis exhibuit,quo certiores fierēt tam Noa, q̄ poſteritas eius:nequaq̄ de cętero omne animātium genus,tam portentoſa aquarum clade fore perimēdum, etiam ſi īterdum vniuerſum cœli hemiſphęrium nubib⁹ obductum viderent.

De Noe,& filiis eius. Cap.XI.

Genesis ix.

NOe cum quingentorum eſſet annorū,genuit tres filios Sem,Cham,& Iaphet.vixitq; poſt eorum natiuitatem, quadringētis & quinquaginta annis.vt qui poſt diluuium, trecentis & quinquaginta annis vixit:implens totius vitę ſuę curriculū,ſummā nongentorū & quinquaginta annorū.Quibus peractis,mortu⁹ eſt in ea vt Beroſo placet regione,quę nunc Italia,tūc Kytim vocabatur.Sepult⁹ vero in eo loco,vbi poſtea Roma cōdita eſt,in mōte Ianiculo: qui vt plurimi volunt,ab eo etiam nomen accepit. Quem eñ cōmunes gentilium hiſtorię,Ianū appellāt, antiquiſſimū Italiæ regem: & qui primus ex Armenia ſaga(in qua ſola, ſuperfuere diluuio ſalue humani generis reliquię)colonias in Italiam deduxit,idq; vt facerent,filiis perſuaſit:hunc ſacrę ſcripturę Noā vocāt.Cui⁹ vxor iuxta Beroſum, Titheę magnę nomine inſignis,ea eſt quę ſub appellatiōe deę Veſtę,a poetis celebratur: illibatiſq; virginibus,ęternū ignem ſeruari mandaſſe deſcribitur.Is autem quem Iaphet ſacer textus appellat:hūc eſſe volunt,qui a poetis Iapetus vel Atlas nūcupatur.qui primus in Aphricā hominū colonias induxit atq; in ea regnauit. a quo & celeberrimi mōtis Atlantis appellatio, & adiacētis Atlantici maris nomen manauit.Quod eñ vulgo apud hebręos ſonat p,cū aſpiratiōe,id eſt ph,id a latinis ſub p,ſimplici,vel duplici ſcribi ſolet. vt Iaphet, Iapetus,Phyliſtiim,Palęſtini,Ioſephus,Ioſippus,Ephree(qui tpe Babylonicę tranſmigrationis in ægypto regnauit,cui ſucceſſit Amaſis) Apries:de quo lege Herodotū: & Hieremiā,capite quarto & quadrageſimo,

ſub nomine Ephree. Porro Sem, is eſt quem Samum latini vocăt, a quo Samothraciam vel Samũ iſulam nomina deduxiſſe ipſa vocis proximitate & alluſione plęriq; autumant.
Cham vt vult Beroſus triũ filiorum Noe natu iunior: is eſt de quo ſub Zoroaſtris noſe complura vulgares hiſtorię proſe quũt. Hic ęgyptiorũ, Bactrianorũ, & Perſarũ rex prim⁹ fuit: quos etiam legitur magiam edocuiſſe: quã vt multi volunt, a priuato dęmone prim⁹ imbiberat. Et cũ cęteri mortales, vitę huius primordia vagientes ſubire: & futuras inſtabilis fortunę ęrumnas, q̃rulis vlulatibus naſcẽdo pręſagire videãtur: hic tamen vnus, pręter oĩm conſuetudinẽ, fertur in natiuitate riſiſſe: qđ futurę nequitię ſignũ fore nemo addubitauit. Nã poſtea patrem ex vini incauta potione euictũ, minus honeſte dormientẽ ſubſannauit: eiq; magicis incãtationibus illuſit, & prole in poſterũ mulctauit. Gigantum mores, q̃bus añ diluuiũ, irã dei iuſte ĩ ſeipſos prouocarãt: rurſum poſt diluuii expiationẽ, hoĩbus ſequendos imitandoſq; perſuaſit. Quãobrẽ abdicãs eum pater Noa, vt pfidũ & aliorũ morib⁹ exitioſum: e ſuo & fratrũ contubernio penitus ſummouit: & Cemeſenũ id eſt humani generis corruptorem, nõ ab re appellauit. Alii hũc a Nino Babyloniorũ rege in bello ſuperatũ, interiiſſe volunt. Alii vero a dęmone magicę artis inſtructore: quẽ importune nimis multa aſſidue flagitando vexabat, ambuſtũ, meritas ſcelerũ poenas luiſſe.

Supputatio annorum mundi, a diluuio ad Abraham. Cap. XII.

Sem primogenitus filiorũ Noe: centenari⁹ genuit Arphaxat, biennio poſt diluuiũ. vixitq; poſt q̃ genuit Arphaxat, q̃ngẽtis annis. vt q cẽtũ & q̃nquaginta annos, patri Noe ſupuiuens: ſexcentos totius vitę ſuę annos impleuit. Geneſis xi.
Arphaxat q̃nto ac triceſimo ętatis ſuę anno genuit Sale. quo nato, trecentis ac tribus annis ſuperſtes in terris vitę huius fila protelauit.

Sale poſteaq̃ tricenos annos viuẽs ĩpleuit,genuit Heber:poſt cuius natiuitatem vixit quadringentis & tribus annis.
Heber trigeſimum ac tertium ætatis annũ agẽs,genuit Phalech:cui nato quadringentis ac triginta annis ſuperuixit.
Phalech annum nactus ætatis ſuæ trigeſimum,genuit Reu: vixitq; poſtq̃ genuit Reu,annis ducentis & nouem.
Reu quinto ac trigeſimo ætatis ſuæ anno genuit Saruch:vixitq; poſtq̃ genuit Saruch,annis ducentenis ſeptenisq;.
Saruch anno ætatis ſuæ trigeſimo genuit Nachor: poſt cuius natiuitatem ducentis annis ſuperuixit.
Nachor nono ac vigeſimo ætatis ſuæ anno genuit Thare:vixitq; poſtq̃ genuit Thare,annis cẽtũ ac viginti,dempto vno.
Thare ſeptuagenari⁹ genuit Abrahã,primũ veteris teſtamẽti parẽtẽ:vixitq; poſtq̃ genuit Abrahã,cẽtũ & vigĩtiq̃q; annis: implẽs toti⁹ vitę curriculũ ac ſpatiũ ducẽtoꝝ & q̃nq; annoꝝ.
Abrahã veteris teſtamẽti pater,vndecimus a Noa,vigeſimus ab Adã,primũ tẽporũ interuallũ,in quo vigẽtes adhuc aurei ſimpliciũ hominũ mores,aureę ętati nomẽ dedere,clauſit.Cuius totius vitæ annos,qui rite & exacte perpenderit:inueniet ducẽtenos nonagenos & quatuor:longe pauciores annis eorũ qui inſignem diluuii cladẽ anteceſſere:quiq; primũ tẽpoꝝ interuallum ab origine mundi ad diluuiũ vſq; permenſi ſunt.
Nam ab aquarũ inundatione,cũ diſſoluta ſit & pene ſuffocata originalis quadrupliciũ elemẽtorũ harmonia:cœpit paulatim mũdus velut amiſſo primordiali flore ac robore iuuentutis ſeneſcere:& exinde eorũ quę in elemẽtorũ regionib⁹ degũt vita quotidie inclinari atq; in deterius labi:corporũ quoq; natiua illa & exuberans proceritas,ſenſim decreſcere atq; imminui:& tamen animorum in malum propenſitas: in hominibus q̃q̃ ſtatura aſſidue minoribus augeri.
Vt igit̃ annorũ totius ſecũdi interualli,q̃d a diluuio ad Abrahæ patriarchæ natiuitatẽ excurrit:integerrimã ſummã cõflemus:ſumant̃ vt prius ex ſanctorũ patriarcharũ q diluuio ſuc

ceſſerũt vita: hi anni a diluuio quibus vixerũt, priuſq̃ liberos procreaſſent. Ex vita quidẽ Sem anni duo: vt qui biennio poſt exactã diluuii expiationẽ genuit Arphaxat. Ex vita vero Arphaxat anni triginta quinq̧. Ex vita Sale triginta. Ex vita Heber terni ſupra triginta. Ex vita Phalech trigeni. Ex vita Reu quinq̧ & triginta. Ex vita Saruch terdeni. Ex vita Nachor vigintinouem. Ex vita Thare ſeptuageni: atq̧ ex his omnibus annis in vnũ deſumptis: conflabis prędictã, quã quærimus annorũ ſummam, ducentenorũ & nonagintaquatuor: qui eam totam ætatem quæ a diluuio vſq̧ ad Abrahæ natiuitatem effluxit: permetiuntur, vt formula ſequens oſtendit.

Formula collectionis annorum ſecundi interualli: a diluuio ad Abrahæ natiuitatem.

Ex vita Sem	Anni	2
Ex vita Arphaxat	Anni	35
Ex vita Sale	Anni	30
Ex vita Heber	Anni	33
Ex vita Phalech	Anni	30
Ex vita Reu	Anni	35
Ex vita Saruch	Anni	30
Ex vita Nachor	Anni	29
Ex vita Thare	Anni	70
Omnes anni a diluuio ad Abraham.		294
Ab origine mundi ad Abraham.		1849

Secundum temporum interuallum in annorum numero minus eſſe primo: quoad generationũ vero ſeriem eſſe eidem æquale. Capur. XIII.

Liquet ex eo annorum numero, quem præcedenti capite ex vita ſanctorum patriarcharum, qui diluuio ſucceſſere, coaceruãdũ ac legendũ eſſe docuim⁹: ſecũdũ tẽporũ interuallũ, lõge quoad annorũ quidẽ numerũ, min⁹ eſſe & cõtractius primordiali mũdi ætate: cui tamẽ ꝑ ordinẽ naturaliũ

generationum,& ſanctorum patriarcharũ ſeriem,par & ęquale eſſe monſtrabimus.Inſere enim Deum,tanq̃ fontem & ſubſtantiale primordium eorum omniũ quæ ſunt,catalogo ac ſeriei patriarcharũ,qui ante diluuiũ fuere : vel certe creationẽ Adæ factam a Deo e limo terræ(quę omnium caput eſt & initium naturalium generationum)dic eſſe generationem quãdam.Hoc ordine Noa ſecundus humani generis pater,eiuſq; inſtaurator,a ſuperſubſtantiali omniũ fonte,id eſt a Deo,tibi vndecimus occurret : atq; inter ſummam deitatem & iuſtiſſimum gigantum Noam,decem generationes numerabis. Rurſum vero pari & generationum & patriarcharũ numero pater veteris teſtamenti Abraham a Noa numerandus ſuccedit:id eſt vndecimo loco,licet generatione decima.Sunt enim ipſa generationum interſtitia atq; interualla vno patriarchis pauciora.In hunc modum cum ſecũdus humani generis parẽs Noa:generatiões inter Deũ & Abrahã medio loco diſpartiatur(Eſt enim Noa vndecimꝰ a Deo,& vndecimo rurſum loco Noa Abrahã antecedit)nimirũ hęc duo tẽporũ interualla,primũ inquã & ſecundũ:ſub perſonali generationum & patriarcharum numero,prorſus æqua & paria eſſe cernuntur.

Generationes ante diluuium.	Generationes poſt diluuium.	
Deus	Noe	1
Adam	Sem	2
Seth	Arphaxat	3
Enos	Sale	4
Caynam	Heber	5
Malalehel	Phalech	6
Iared	Reu	7
Enoch	Saruch	8
Mathuſale	Nachor	9
Lamech	Thare	10
Noe	Abraham	11

Primum temporum interuallum:non vſquequaq; notum nobis eſſe. Cap.XIIII.

QVid in primo temporum interuallo egere immanes illi ac ſuperbi gigantes:ſi quas vrbes condidere,quæ bella inuicem geſſere:quibuſve tam diris ſceleribus obnoxii,vindicem iram Dei in ſeipſos concitauere : ſacra eloquia non vſquequaq; meminerunt.Sanctus enim Moſes non ex humanæ hiſtoriæ traditione imbutus:ſed angelica reuelatione ſupra humanum modum inſtructus:ea duntaxat velut per trāſitum agente ſe diuino ſpiritu:veritatiſq; verbum per os eius feſtinanter eructante:ad poſteros ſcripto traducere curauit:quæ antea ignotā totius vniuerſi originem,ad rectiſſimā humanarū generationū lineā p̄tinentē nos edocere ſufficerēt. Cōmunes vero gentilium hiſtoriæ:aut famoſæ illius aquarū cladis,quæ gigantes toto orbe ſummerſit,memoriam,obliuioni dediſſe videntur:aut certe quid ante diluuium fuerit ignorantes:& a nullo authore tantam mūdi antiquitatem edoctę: id merito ſiluerunt.Et nō modo earum authores (q̄q̄ ſagaciſſimos:& complurium rerum experientia percelebres)primęuus ille mundi ſtatus & cunctarum rerum origo collatuit: ſed & quicunq; gentilium,ipſa mundi initia,curioſius indagare & poſteritati deſcribere niſi ſunt:ipſius ſummi rerum omnium opificis & totius ſubſtantiæ largitoris Dei cognitio tantis ſeclis māſit imperuia:vt q creatoris loco creaturas coli cēſuere: iiſq; diuinos honores impēdēdos,rudioribus q̄buſq; ſuaſere.

Opiniones de mundi origine.

Horum plęriq; & quidem non mediocriter hominū opinione ſapientes:ipſam mundi fabricā æternam eſſe,& principio ſuæ durationis caruiſſe voluerunt. Alii mundū a nulla præexiſtēte cauſa,duxiſſe originem:ſed a caſu aut a fortuna repente in eorum quæ ſunt ordinem emerſiſſe:vel certe a ſeipſo ſubſtantiam mutuaſſe,atq; etiam a ſemetipſo regi:& in eius quē cernimus pulcherrimi ordinis perſeuerātia cōgrueq; ac varie exornato rerum omnium ſtatu cōſeruari.His errorum ſalebris dum ſeipſos priſci illi mundanæ ſapiētiæ ſectatores implicuerunt:varia de mūdo deq; mundi origine atq; initio plærunq;

preter rationem & a ſyncera veritate deuii ſenſerūt,quę nūc a vere ſapientię ſtudioſis,& pſerti a ſacrę Chriſtianę fidei cultoribus,diuino ſpiritu edoctis,aliter ſe habere noſcuntur.

Secundū temporum interuallum:priore notius & perſpectius eſſe. Cap.XV.

SEcundum temporum interuallum,vt iā priore interuallo nobis propius atq; viciniusita & notius ac familiarius habetur,eiuſq; geſta & acta plęręq; gentiliū hiſtorię meminerunt. Et vt ad Noam ſeniſſimū poſt diluuiū mortaliū parentem,propoſitam totius narrationis ſeriem conuertamus: hūc plęriq; Oenotriū a vitis vel vini proprietate vocauerūt. a quo etiam Italiam(in qua primitus eū regnaſſe deſcribūt) Oenotriam olim appellatam voluerunt.

Geneſis ix. Primus enim Noa,vt ſacra recenſet hiſtoria, vitem plātauit. E cuius primitiis cū vinū in calice expreſſum incautius immoderatiuſq; bibiſſet:ebrietate ſimul ac ſopore euictus:minus pudice,inhoneſtiore corporis parte diſcooperta,in terra iacuit. Quod cernens Cham iunior filiorum:cęteris fratribus, Samo & Iapeto,ad turpe ſpectaculum vocatis:patrē,poſito pudore ſubſannauit.Et vt vult Beroſus,eidem magicis incātationibus illudens(eo q; minus a patre diligeretur) ſterilitatē infudit. Id vbi pater Noa expergefactus a ſomno,duobus fratribus indicantibus agnouit:mox lata in filiū Cham maledictione:eūdem e ſuo & fratrum contubernio,vt prius annotauimus, penitus abdicatum ſemouit.

Quāobrem maledictū ab initio ſemen,ſiniſtro & infauſto paternę maledictionis euentu aſſidue in deterius pficiens: tandē a poſteritate Hebręorū,ex ægypto in terrā Chanaā remeātiū:iuſta dei vltione in ore gladii exterminatum occubuit.

Claruit & hoc ſecūdo tēporū interuallo ea ętas: quā poetarū carmina,aureę noīe celebrarunt,nō q; ab auri copia & affluentia,ſit ea illi indita appellatio,cū nōdū auri cupiditate & ſacra fame illecti mortales, illud ex imis terrę viſceribus pluri

mo labore in multorũ exitium eruere didiciſſent: ſed ab adhuc vigente in hominibus natiua quadã ac ſimplici morũ bonitate, & imperturbata eorũ vita: qua bellorũ & ſeditionũ inexperti viuebant: necdũ aliena rapiendi, aut aliis inſolẽter dominandi libidine, eo tempore deflagrabant. Hanc tã innocentem & floridam mũdi licet paucorũ annorũ ętatulam: primi regni primęq; tyrannidis acceſſus, p Nimbrothum vitiauit. Geneſis x.
Hic eñ primus vt ſacra volũt eloquia, cœpit potẽs eſſe in terra. Hic obſequioſa hominũ multitudine ſtipatus, bello finitimos appetiit, eoſq; ſibi parere coegit. Ciuitatem Babel extruxit, inchoati regni ſedem. Famoſam quoq; illã turrim ędificare aggreſſus eſt. quã cũ ex cocto latere, & interlito bitumine, non modo trans nubes: ſed & vſq; ad ipſius cœli viciniã & attactũ perducere fruſtra conaretur: idq; vel ne in poſterũ exitioſas diluuii aquas formidaret: vel vt in ipſum cœlum, materiale hoĩbus ſtrueret iter: tum repentino ventorum impulſu eius turris parte e ſublimi in ima corruente: tum linguis ędificantium diuina virtute cõfuſis: a tam temerario opere feras inuitaſq; man⁹ reuocauit: ſinguloſq; ſibi obſequẽtiũ hoĩm duces: nouas ſedes appetere, & quo vellẽt, vnũquẽq; abire inuit⁹ pmiſit. Ab his itaq; in varias mundi regiones pfectis: & idiomatũ & gẽtiũ lata p orbẽ varietas exorta manauit. Floruit autẽ Nimbroth⁹ poſt iſignẽ diluuii cladẽ: ducẽtis & qnquaginta annis. Añ vero Abrahę natiuitatẽ, ãnis ducẽtenis & qttuor. Introducta igiť per Nimbrothũ in orbẽ terrarũ prima regię dominationis ptãs (q̃q̃ iter hũanarũ dignitatũ faſtigia numeref, honorq; eidẽ nõ minim⁹ exhibeať) haud ſolũ libertatẽ humano gñi pripuit, liberãq; ſui iuris facultatẽ ſingulis ademit: ſed qd longe pnicioſius & dictu nefariũ eſt: hęc veri dei ignorãtiã vniuerſo mũdo propinauit: diuinęq; & vnicę maieſtatis honorẽ, in pphanorum idolorũ multifariũ cultũ cõmutauit. Huic ergo exoriẽti pfidię & abominãdi erroris iugo: cũ iuſt⁹ & vni⁹ tantũ dei fidiſſim⁹ cultor Abrahã, ceruicẽ ſubmittere

non modo recuſaret:ſed & ſummis virib⁹ eidē conaretur obſiſtere:deorūq; pluralitatē cōſtanti & intrepido animo deteſtatus, publica voce abnegaret: prędicans vicinis populis, vnicum eſſe deū cœli & terrę & totius vniuerſi cōditorē:vſqueadeo perfidorū & incredulorū hominū odia in ſeipſum cōcitauit:vt propoſitis flāmis,maluerit incendio diſſolui:q̄ a veri dei ſacratiſſimo cultu,publice aut priuatim reſilire.

Quamobrem ſūmi dei miſeratione ac prouida diſpenſatione (quē vt vllo pacto negaret,nullis minis terroribusve potuit induci) de Hur Chaldęorū egredi, & in terrā Chanaā migrare iuſſus eſt.in qua,teſtamētū diuinarum repromiſſionū (q̄q̄ adhuc in ea peregrinus: ſed fide futuri benedicti ſeminis hęres)feliciter adept⁹ ē: magnuſq; dei amic⁹,deiceps appellat⁹. Ab hac igitur fidelis & iuſti Abrahę diuina vocatiōe:quę eſt & totius veteris teſtamēti ſacrū quoddā primordiū:& initiū repromiſſę ſalutis:tertium temporū interuallum,de quo nūc dicturi ſumus,metiri incipiemus.

De tertio temporum interuallo:a vocatione Abrahę, vſq; ad Moyſem ſeu legiſlationē. Cap.XVI.

EXpiato diluuii alluuione morteq; gigātū,originali mūdo:& renouata a corruptis ſceleſtiſq; morib⁹ eorū,facie vniuerſę terrę:cum iterū inſoleſcēs prodiuis hoīm malitia ſenſim a veri dei cultu deficeret:& in omnē ſcelerum ac vitiorū īmanitatē p̄ceps laberetur:mira diuinę p̄uidētię diſpenſatio,ex vniuerſo hoīm genere virū vnū Abraham in ſortem benedictionis ſelegit: iuſtificatū quidem pri⁹ ex anteactis pietatis operibus,& ex auditu fidei:in quo & in cui⁹ poſteritate ac benedicendo ſemine,vnius veri dei cultus inuiolabilis p̄maneret:& venturorū cœleſtiū p̄miorū totiuſq; īmortalitatis ſpes,ex dei repromiſſiōe ſalua ītegra & illibata cōſiſteret. Hūc igitur Abraham,in ſeruatę fidei p̄mium : conſtituit de⁹ ſui teſtamenti,quod cū hūano genere ſe initurum ab ęterno

prẹuiderat parentem. Huic patriis finibus excedere, & natiuã inſultãtiũ illi inimicorũ vrbem linquere perſuaſit, & profiſciſci ĩ ignotã regionẽ Chananeorũ:quã ſe hẹreditario iure,ſemini eius nõ modo impartiturũ repromiſit:ſed & ad ĩſtar ſtellarum firmamenti, eius ſemen propagandũ,cum iuramento pollicitus:cũcta deinceps veridicus impleuit.Igitur Abrahã ſeptuageſimũ & quintũ ẹtatis annum agens:cũ diuinẹ iuſſioni eueſtigio obtẽperaturus,tũ diuinarũ ꝓmiſſionum(quibus iam credulus & fidelis,voto oĩ & mẽte inhẹrebat)certiſſima ſpe ductus allectuſq;:egreſſus e Chaldẹa cum Sara ſorore vxoreq; ſua,in Palẹſtinã migrauit.in qua velut alienigena per tẽpus peregrinus,non in magna ambitione cõſtructis ĩmotiſq; domibus:ſed in tentoriis ad finem vſq; vitẹ ſuẹ habitauit: & nunc huc, nũc illuc,vel nutu dei,vel ingruente ex frugũ penuria famis vredine,caſtra pro locorũ aptitudine demutando ferebatur. Geneſis xii.

Duos autẽ in terra Chanaam filios ꝓgenuit.Ex Agar ancilla Hiſmaelem: ex Sara vero vxore libera,Iſaac.Illũ quidem ſecũdũ prẹtenuem carnis florem,& iuxta humanẹ voluntatis typum,ſeruituti & eiectioni obnoxium.hũc vero ſecundun ſpiritũ,& iuxta delectũ diuinẹ volũtatis: in libertatẽ & in perennem hẹreditatem eorum:qui in filiorũ dei ſortem ab ẹterno prẹdeſtinari & prẹeligi meruerunt.Hoc eñ pacto diuina prẹordinatione obtigiſſe videm⁹:vt in geminis Abrahẹ liberis, vtriuſq; vẽturi teſtamenti ſpecies: vtve futura tam in ſingulis hominibus,q̃ in vniuerſo hominum genere carnis in ſpiritum indomita colluctatio:nobis in vmbratili & figurato veſtigio ad noſtram eruditionem prẹmitteretur.

Cum autem Abraham ad cẽteſimum ẹtatis ſuẹ annũ perueniſſet:& ob imminens tã ſibi,q̃ vxori ſeniũ: ſpe proceandorũ ex ea liberorum penitus excidiſſet:prẹter fere naturalis ordinis ſeriem,iuxta tamen diuinæ ſponſionis (cui omnia poſſibilia iudicant) dictamen:genuit Iſaacũ,filium futurarũ bene-

dictionũ & venturorũ p̄miorũ hęredem,cũ iã nonagenarię &
vetulę Sarę muliebria fieri deſierãt:vno etiã anno poſtq̃ pręputii ſui,totiuſq; familię ſuę carnẽ,ex diuini mãdati iuſſione circũcidens:confirmationem pacti acceperat: vt in poſterum multarum gentium pater vocaretur:& vt in eius ſemine benedicerentur nationes vniuerſæ terrę.

De Cõfirmatiõe diuinę vocationis, i tribꝰ patriarchis, Abraham,Iſaac,& Iacob. Cap.XVII.

Abraham veteris teſtamenti parẽs: diuinarũq; p̄miſſionum & cœleſtis totius pacti hęreditarius fons: vbi iam ſenio ingraueſcẽs,inſtare diẽ mortis ſuę vidit:cũ in terra Chanaam volũtate dei p̄egrinꝰ moraret̃: vereri & p̄timere cœpit,ne lapſu tẽporis,bñdictionis ſemẽ cũ maledictionis ſemine,id eſt cum filiis & filiabus Chananęorũ, vllo pacto matrimonii p̄textu aut alio quouis vinculo miſceretur.

Geneſis xxiiii. Adiurato itaq; fideliſſimo ſeruorum ſuorum,eoq; in Chaldęam cum camelis & ingentium munerũ ſarcina, in domũ patrum ſuorum tranſmiſſo:tulit inde Rebeccam filiam Bathuelis,quã filio ſuo Iſaaco vxorem deſignauit. q̄bꝰ pactis mortuꝰ eſt Abrahã in ſenectute bona:expletis vitę ſuę annis centum ſeptuaginta q̃nq;.Sepultuſq; eſt a filiis ſuis Iſaaco & Hiſmaele:in ſpelunca duplici,quã emerat a filiis Heth: in qua & ipſe Saram vxorem ſepultam condiderat.

Geneſis xxv. Iſaacus vero filiꝰ eius, diuinę benedictionis hęreditario iure aſſidue in melius p̄ficiẽs:vbi quadrageſimũ ętatis attigit annũ,viuente adhuc patre Abrahã,duxit vxorẽ Rebeccã.qua p viginti annorũ ſpatiũ ſterili & infœcũda permanẽte:cũ ſe ex ea prolẽ ſuſcepturũ vi & ordine naturę deſperaret,dep̄catus eſt deũ pro ea.Cuius orationẽ cũ deꝰ benigne exaudiſſet:vnico partu geminorũ maſculorũ p̄uerũ (longã Rebeccę ſterilitatẽ cõpẽſaturus)illi refudit. Verũtamẽ cũ hi materno in vtero ſeſe colliderent:& matri Rebeccę inteſtino imaturoq; duello miros pariendi cruciatꝰ inferrent:naſciturorũ ex ſtirpe ſua

pplorũ diſſidia,& vẽtura bella eos pmõſtraſſe nulli dubiũ eſt. Sexageſimũ ętatis annũ Iſaacus ĩpleuerat:qñ nati ſunt ei ambo paruuli.Quorũ q maior & natu prior materno ex vero pceſſit,Eſau dictus eſt.iſq; rufus & totus in morẽ velleris hiſpidus apparuit. Minor vero & natu poſterior,vocat⁹ eſt Iacob: corpore quidẽ gracilis ac lenis:q & plãtam fratris naſcẽs manu tenebat.Sed voluntate dei,qui infirma mũdi eligit vt fortia queq; confundat:ſupplãtato & reprobato maiore Eſau,minor Iacob,materno aſtu & pñã bñdictionẽ obtinuit,& diuinarũ deinceps repromiſſionũ hęres fieri atq; ĩſtitui pmeruit. Nimirũ igitur haud abſq; latẽtis ratione myſterii puteť eueniſſe:vt primordia humanę a deo vocationis & electionis: ad inſtar diuinarũ triũ perſonarũ,ſingulariter ĩ triũ patriarcharum Abrahã,Iſaac,& Iacob ſacro ac myſtico numero dei voluntate in primis explerenť:priuſq̃ ad cõſummatiorẽ venturi teſtamenti ſpeciem:ſub arcana duodenarii numeri latitudine, in duodecim tribuũ ſortem per capita & nomina filiorum Iacob:quarta demũ generatione diſtribuerentur.

Supputatio annorum mundi ab Abraham ad Moyſem. Cap.XVIII.

IAcob tertius ab Abrahã patriarcha:aſtipulante in primis diuini arbitrii prædeſtinatione : & exinde matris Rebeccæ a qua tenerius diligebatur aſtu ac ſedulitate:cum ſe cerneret diuinę paternęq; benedictionis hęredem inſtitutũ: noluit & ipſe patrum ſuorum imitatione,benedictũ ſemẽ maledicto Chananeorũ ſemini pmiſceri: ſed cũ patris ſui excitus hortatu,tum fratris ſui Eſau ira miniſq; pculſus:in Meſopotamiam pergens, in domum patrum ſuorum remeauit.In qua cũ ſpatio annorũ quattuordecim demoratus,paſcendis ouibus auunculi ſui Laban incubuiſſet: ambas eius filias Liam & Rachel cum ſingulis ancillis Zelpha & Bala velut pro tãti obſequii mercede coniuges accepit.ex qb⁹,duodecim Iſraeliticarũ tribuũ primates ac duces pgenuit. Ex ſingulis qdẽ Geneſis xxix.

ancillis geminos,ex Lia vero vxore libera ſenos: ex Rachel po ſtremo & libera & magis dilecta:iterum geminos. Quorum omnium hic natiuitatis eſt ordo:Ruben,Simeon,Leui,Iudas, Dan,Neptalim,Gad,Aſer,Iſachar,Zabulõ,Ioſeph,Beniamin Et cum ad id temporis,nondum diuinæ maieſtati placuiſſet exterminare & e medio tollere impiam Amorreorum gẽtem: vt quorum iniquitates nondum expletæ erant, nondum ad maturitatis aream peruenerant:ingens & admiranda dei pro uidentia,e cunctis filiis Iacob:vnicum Ioſeph,tanq̃ præ cæteris forma ſpecioſum:& tam ipſi deo q̃ patri Iacob non modo ipſa corporeæ formæ venuſtate ſed & ſenilis probitatis indole,dilectum atq; amabilem:ab inuidis fratribus vẽnũdari permiſſum in Aegyptum vtili ſed ignoto adhuc conſilio præmi-

Geneſis xxxix. ſit:vt & venturã illam ſeptem annorum famem, Pharaoni in ſomnis pręmonſtratam antecederet: & poſt illata falſo obprobria,poſt carceris ſqualores & expreſſum anxio regi nocturnæ viſionis inſomnium:tandem ad regni moderamen prouectus:tam diræ ac diuturnæ rerum omnium inopiæ, ſalubri conſilio mederetur.

Hæc igitur rerum omnium penuria,cũ iuxta diuini vatis Ioſeph prædictionem mundum ſubiens,hominum genus vbiq; opprimere cœpiſſet:ob eam deuitandam,Iacob patriarcha,cũ omni familia ſua,quæ erat animarum ſeptuagintaquinq;:in Aegyptum,filio Ioſeph accerſente,deſcendit:in qua poſt annũ decimumſeptimum mortuus eſt:expletis vitæ ſuæ annis,centenis ſeptenisq; ſupra quadragenos.

Exodi.xl. Porro cũ vt Exodi liber quadrageſimo capite recenſet,omnis habitatio filiorum Iſrael & mora qua in Aegypto manſerunt fuerit quadringentorum ac triginta annorum:quibus expletis,eadem die egreſſus eſt omnis exercitus eorũ ex Aegypto: qui tantillo temporis ſpatio,in magnam ac numeroſiſſimam gentem,iuxta Dei promiſſa coaluerant:manifeſta eſt ex ſacrę ſcripturæ auctoritate,intercapedo ſiue menſura totius tertii

temporum interualli, id eſt ea annorum ſupputatio: quæ ab Abraham patriarcha ad Moyſem, vel ad egreſſum filiorum Iſrael ex Aegypto numeratur.

Erat eñi Moyſes octogenarius, quãdo ex Madianitis ad quos profugerat, in Aegyptũ Deo iubente regreſſus: filios Iſrael ex Aegyptiorũ ſeruitute liberauit. Hic eñi ab initio natiuitatis ſuę, vſq; ad annũ ętatis quadrageſimũ habitauit in Aegypto, filię Pharaonis alumnus. Cui⁹ cũ etiã filius a multis crederetur: eſſetq; ipſi Pharaoni ob animi ſtrenuitatem percharus: legitur ab eodẽ dux militię aduerſum Aethiopes inſtitutus: & non prius ad Pharaonem ſaluo & incolumi exercitu e bello regreſſus: q̃ inſigni victoria miro quodam aſtu potitus. Deinde cum percuſſo atq; interempto Aegyptio, qui virum Iſraelitã cędebat: timore Pharaonis in terram Madian profugiſſet: ſuſceptus eſt hoſpitio ab Ietro ſacerdote: apud quem ſecundam annorum quadragenam, in paſcendis ouibus, gener factus ſacerdotis, exegit: quoaduſq; Deus illi ꝓpitia viſione in cacumine mõtis Oreb, ſub igniti rubi ſpecie apparuit: & vt in Aegyptum ad fratres ſuos feſtinus reuerteretur, præmonuit. Tertiam demum annorum tetradecadem, poſt egreſſum Iſraelitarum ex Aegypto, in deſerto montis Sinai ſuperuixit: qua prę fuit legiſlationi, & inſtructioni Hebræorum: fruens in monte (quod nemini mortaliũ legimus obtigiſſe) ſingulari Dei viſione & perfamiliari colloquio. Nam iuxta ſcripturam, Deum facie ad faciem videbat: eumq; palam vt amicus amicum interpellabat: cum tamen cæteris deinceps prophetis eundem duntaxat per ſomniũ, & in effigie nocturnæ viſionis intueri ac cernere diuina ordinatione permiſſum ſit.

Ex his igiť quę premiſimus: facile eſt hui⁹ tertii tẽporũ interualli annorũ ꝓpoſitã colligere ſummã. Sume eñi ex vita Abrahę annos cẽtenos: quos iã pene vetulus exegerat: quãdo Iſaacus illi cœleſti ꝓmiſſo, magis q̃ carnis volũtate natus eſt. Ex vita vero Iſaac annos lege ſexagenos: quos viuẽs impleuerat:

qñ gemelli Eſau & Iacob ex vxore Rebecca vno ptu nati ſunt. Ex vita Iacob,ſume annos centũ ac triginta.Erat enim Iacob eius ætatis,quando famis quæ inter Chananęos graſſabatur, aſperitatẽ diffugiẽs Aegyptũ cũ vniuerſa familia intrauit:& coram Pharaone ſtetit:vt legim⁹ Geneſeos capite ſeptimo & quadrageſimo.His demum annis,adde moram & mãſionem filiorum Iſrael in Aegypto,id eſt annos quadringentos ac triginta:& cõflabis ex omnibus ſummã totius huius interualli: quæ eſt annorũ ſeptingentorũ & vicenorũ:vt perſpectius in præſenti tabula quiſq; legere & intueri poteſt.

Geneſis xlvii.

Formula collectionis annorum tertii interualli ab Abrahæ natiuitate vſq; ad Moyſem.

Ex vita Abrahæ	100
Ex vita Iſaac	60
Ex vita Iacob	130
Mora Iſraelitarum in Aegypto	430
Omnes anni ab Abraham ad Moyſem	720
Ab origine mundi ad Moyſem	2560

De quarto temporum interuallo a legiſlatione vſq; ad Dauitici regni initium. Caput. XVIII.

SVccedit priori interuallo quarta temporum ſeries,& intercapedo metienda:quę ab egreſſu Iſraelitarum ex Aegypto:vel a legiſlatione,quæ facta eſt ſub Moyſe in deſerto: vſq; ad Dauitici regni initium defluxit.Nam minim⁹ filiorũ Iſai Dauid,vir(vt ſacrum teſtatur eloquium) ſecundum cor Dei electus:& ex paſcuis ouium ad perfunctorii regni faſtigium,Saule reprobato & amoto ſublimatus:accepta a Deo pmiſſione,quoniam de fructu ventris ſui naſceretur:qui ſuper ſolium eius Rex in æternum ſederet:cuius thronus ſicut Sol in conſpectu Dei:nimirum cœleſtis & æterni regni primitias feliciter inchoauit.Et cum a cunctis philoſophiæ ſectatoribus perhibeãtur tria eſſe humanarum dignitatũ columina:quib⁹ alii hominũ cæteris nimirũ antecellunt:ſibiq; honorem in ter

ris ac dignitatem merito conciliant: Regnum,Sacerdotium, philoſophia:nos cũ eorũ qui Iſraelitico populo hactenus præfuerũt,honores diſpartiemur:nõ ab re his trib9 dignitatũ ſpeciebus vnã addiderimus,ſcilicet patriarchatũ:quæ forte reliquis prętantior & principalior eſſe certis de cauſis videatur. Nam ad cæterarum trium dignitatum faſtigia:id eſt ad regium culmen,ad ſacerdotalem functionem,& ad præclarum philoſophię habitum:nulli hominum puro aut ſimplici naturæ dono ſcandunt,promouentur,euehunt, ſed humana quauis arte atq; induſtria.Nam vel bello,vel electione,vel virtutis aut diuitiarum eminentia:homines prædictarum dignitatum apices ſibiipſis vendicãt:optatoſq; honores ad ſeipſos alliciunt.At vero inſignem patriarchatus dignitatem,quę patribus inter ſuſceptam filiorum prolem,naturalem quandam præſtantiam & honorem impendit:nemo ſibi homo humana qualibet induſtria: vt electione,bello,aut quouis ſtudio:ſed lege naturalis actionis,& ex ipſius naturæ ordinatiſſima ſerie conducit,& confert. Quattuor humanæ dignitates.

Sub regia dignitate continentur,ducatus,comitatus,& cæteræ omnes militares præfecturæ.Sub ſacerdotũ ſacra & aſtãte Deo cohorte: clauduntur leuitici,diaconi, ſubdiaconi,& cuncti eccleſiaſtici ordines:quorum miniſteria in ſacris templis, coram omnia inſpectante Deo, peraguntur. Sub docta & illuſtri philoſophorum turma:intellige magos, prophetas,& cunctos ſapientes:quos vel diuinus ſpiritus cœleſti illuſtratione reples, omnem veritatem edocuerit:vel mũdialis eruditio,humanæve doctrinę ſtudioſa elucubratio,ad inclytum & ſublime ſapientiæ culmen prouexerit.

Quãobrẽ Iſraeliticus pplus,q toti9 tertii tẽporũ interualli ſeriẽ (quam ab Abrahę natiuitate vſq; Moyſem extẽdi docuim9) ſub ſanctorũ patriarcharũ miti ferula trãſegit:paruitq; eo tpe ſoli patriarchali dignitati. Deinceps cęterarũ hũanarũ dignitatũ inſtitutas volũtate Dei pfecturas,i.regiã dñatione

ſacerdotalem inſtitutionem,& propheticã correptionem,diui no munere cernitur iniiſſe.Quib⁹ & ad diuinã cognitionem, de virtute in virtutẽ proficiendo ſubuectus:& ſub ęquiſſimis diuinę iuſtitię legibus intra pręſcriptas ſuerũ finium anguſtias coercitus:pactũ dei,quod cũ patribus eorum noſtrę ſalutis gratia inierat,integrum illibatũq; ſeruaret.

Nam quartã iſtã de qua loquimur temporum intercapedinẽ Iſraelitę partim ſub probis iudicibus, partim ſub eruditis & angelica virtute pręditis ſacerdotibus egerunt.pręter id ſolũ temporis:quo Saul primus quidẽ electorum a deo regum, ſed mox in reprobũ ſenſum lapſus regnauit,vt qui ob inobedientiam & tranſgreſſionem diuini mãdati ĩ cęde Amalechitarum:regni faſtigio deiectus,ab Iſraeliticorum regum catalogo,haud immerito eſt reiiciendus.

Succeſſio & linea Iudicũ a Moyſe vſq; ad Dauid Regem. Cap.XX.

PRimus Iſraeliticorum iudicũ Moyſes,in ęgypto,eo tempore natus eſt,quo Pharao ęgypti rex peroſam ac nimiũ ſuſpectam filiorũ Iſrael propagationem habens:adultos non modo in lateritio opere cenſuit opprimendos: ſed & oẽs maſculini generis infantes,primo per obſtetricum manus interfici,deinde in Nilo flumine ſũmergi imperauit.Moyſes vero ob formę elegantiam, tribus menſibus a matre ſeruat⁹: cũ iã celari non poſſet:& regię iuſſioni eius mater non obtẽperare formidaret: ĩ ſcirpea fiſcella bitumine ac pice linita fluuio amĩe exponit.Et a ꝑtereũte Pharaonis filia erept⁹:nutrici mĩi cõmẽdat.E lacte tãdẽ ſublat⁹,filię Pharaonis reſtituit: a q̃ in

Exodi.ii. filiũ adoptat⁹:Moyſes,ab aqs appellat.Vbi adoleuit cũ fratres ſuos Iſraelitas viſur⁹ adiſſet,& ęgyptiũ cuidã hebręo iniuriã inferentem interfeciſſet, Pharaonem timens in terram Madian ad Iethro ſacerdotem profugit.Cuius filiam nomine Sephoram, cum vxorem duxiſſet:apud eundem quadraginta

Exo.iii. annis, paſtor ouium habitauit.Cũq; quadam die,gregem ad

interiora deſerti minaſſet:ſtans in cacumine montis Oreb deũ in flamma ignis de medio rubi ſe alloquentem:& vt in Aegyptum reuerteretur,præmonentẽ audiuit.Cum ergo in Aegyptum accepta a Deo ſignorum & prodigiorum poteſtate,cũ vxore remeaſſet:Pharaonem Chencrem filios Iſrael,liberos ex Aegypti ergaſtulo dimittere nolentem,duodecim ſignis & inauditis plagis afflixit.Primo quidem virgam in colubrum: ſpectante Pharaone commutauit:quem mox in virgæ naturã reduxit.Secundo aquam fluminis in ſanguinem conuertit:omneſq; eius piſces interfecit.Tertio in vniuerſam Aegyptum ranas induxit.Quarto ex puluere terræ,tam hominibus,q̃ iumẽtis cyniphes impreſſit.Quinto grauiſſimas muſcas in oĩm Aegyptiorum domos exciuit. Sexto graui peſtilentia,animãtia Aegyptiorum interfecit.Septimo cinere de camino in aerẽ ſparſo:vlcera turgentium veſicarum,& iumentis,& hominibus impreſſit.Octauo in tonitruo fulgure & miræ magnitudinis grandine,omnem Aegyptiorum ſubſtantiam quæ inuenta eſt in agris,deleuit.Nono in vento vrente locuſtas ſuſcitauit:a quibus quicquid in Aegypto virẽs erat,tam in hærbis, q̃ in fructibus deperiit.Decimo denſiſſimis ac palpabilibus tenebris aerẽ obduxit.Vndecimo in morte primogenitorũ ſuorũ:oĩs Aegyptus ingemuit.Poſtremo in tranſitu maris rubri Pharaonẽ cũ omni exercitu eius ſubmerſit.Poſt autẽ interitũ Aegyptiorũ:cũ per ſicci maris alueũ Iſraelitas in deſertũ Moyſes eduxiſſet:Deus illi in colũna ignis & nubis viã premõſtrauit:quẽ poſtea in mõte Sina p maximi ignis flammã viſibiliter apparentẽ cõſpexit:eũq; terrifica voce vniuerſum populũ alloquentẽ audiuit.Et cũ quadraginta dieb[9] ipſi Deo in monte cõgrediẽs,ieiunus pmãſiſſet:ſacrã legẽ ex ore Dei manantẽ in geminis lapideis tabulis cõſcripſit:eãq; populo ſeruãdã exhibuit.Populũ deinceps dura & rebelli ceruice,denis vicibus murmurantẽ:ſolita mãſuetudine cõpeſcuit:& irã dei pplo ea de cauſa in grauiſſimis plagis incũbẽtẽ:ſola oratione ſedauit. Exo. xix.

Manna in quottidianã populi ſuſtẽtationẽ e cœlo pluẽs impe
trauit. Arcã fœderis e lignis Zethim ſtrui & fabricari iuſſit:
in qua binas teſtamenti dei tabulas, Manna quoq;, & virgam
fratris ſui Aaron: quę coram vniuerſo cœtu Iſraelitarũ florue
rat, recõdi: & poſteritati in teſtimoniũ ſeruari curauit. Fratre
Aaron in ſacerdotiũ ſempiternũ cõſecrato: illi vniuerſam tri
bũ Leui in ſacerdotii miniſteriũ cõſignauit. Et cũ ex frequẽti
& aſſiduo ſermonis domini cõſortio: diuini quædam luminis
reuerberatio præfulgidam eius faciem effeciſſet: præberetq;
illi cornuti ſeu micantis radiantiſq; vultus effigiẽ: quoties e
montis caliginoſo vertice populũ alloquuturus deſcendebat:
Exodi xxxiii. haud ſecus q̃ Deus alter, faciei ſuæ velamen imponebat: ne in
tuentes in eũ imbecilli & hebetes Iſraeliticæ plebis oculi: tam
inſoliti ſpectaculi nouitate magis lęderent, q̃ proficerent. Ad
extremũ tantus Dei amicus, cum promiſſam filiis Iſrael terrã
quã ingredi a Deo prohibebat circũductis vndiq; oculis e ca
cumine montis Nebo luſtraſſet, in pace quieuit, expletis, vt p̃
docuim⁹, trib⁹ annorũ tetradecadib⁹: qb⁹ vitã tripartito diui
dens, in primis in Aegypto dux militię Pharaonis vixit. Dein
de in deſerto ſub Ietro ſacerdote paſcendis ouib⁹ incubuit. Po
ſtremo ſub diuini magiſterii ferula: populi in ſolitudine legiſ
lator ac iudex, pręſentis vitę curriculũ feliciter cõſummauit.
Deuter. xxxiiii. Nõ caligauerũt oculi ei⁹, nec dẽtes illi⁹ moti ſunt. Mortu⁹ eſt
aũt in vertice Phaſga mõtis Nebo: & ſepult⁹ in valle Moabita
rũ: cui⁹ ſepulchrũ cũctos mortales latuit vſq; in pręſentẽ diẽ.

De Ioſua ſecundo iudice. Cap. XXI.

Moyſe defuncto, Ioſue eius miniſter, diuino nutu in eius
locũ ſurrogatus: iudicis iniit honorẽ. Hic Iſraeliticũ po
pulũ quẽ moriẽs Moyſes, nudũ atq; inermẽ in deſerto
inter hoſtes reliquerat: in terrã Chanaã, p̃cedẽte ſe angelo Dei
introduxit. Chananęos debellauit, quorũ regulos ad numerũ
vnius & triginta captos interfecit: eorũq; ciuitates Iſraeliticis
tribubus ſorte diſtribuit. Vniuerſos Iſraelitas q p ſpatiũ anno

rum quadraginta in deſerto incircūciſi ſteterāt:circūcidi prę cepit. Vocauitq́ꝫ circuncisionis locū Galgala,id eſt collē ꝑpu tiorū.Et cū Iordanē cū oī Hebręoꝝ excercitu ſicco pede ptrāſ iiſſet : Hierichōtinā vrbē:cui⁹ muri ſacerdotib⁹ tuba canēti bus miraculoſe corruerūt:cepit:cūctoſq́ꝫ eius habitatores ana thematí deſtinatos interfecit. Quinq́ꝫ reges Ammorreorū fu gientes,cum perſequeretur:obediente Deo voci eius(nō tam deprecantis q̄ zelo quodā & æſtu bellico imperātis)Sol & Lu na in gradibus ſuis,mirantibus cunctis,ſteterunt:donec du plicato ei⁹ diei ſpatio:qnq́ꝫ reges in ſpelunca latitātes cōprehē dit:eoſq́ꝫ corā ſe iugulari,& eorū corpora in ſtipitib⁹ ſuſpēdi imperauit.Hęc ſcripta ſunt ī libro iuſtorū:q hodie deſiderat̄. Quanto vero tempore Ioſue,iudex populo Dei præfuerit:ſa cra eloquia non meminerunt. Mortuus eſt aūt centū ac decē annorū:Sepultus in finib⁹ poſſeſſionis ſuę,in Thannathſare, quæ eſt in mōte Ephraim.Si quis autem eum ſexagenarium fuiſſe voluerit:cum Moyſe defuncto in eius locū populi iniit principatū:cōſtabit eum manifeſte annis quinquagenis Iſrae liticarum tribuū habenas rexiſſe.Nam cū annos ad minus vi cenos impleuiſſet:quādo cū duodecim exploratoribus terrā Chanaam luſtraturus perrexit:& quadragenis exinde annis in deſerto vixerit:quoad cōſumpta eſſet oīs ea generatio,a vi ginti annis & ſupra:quę cōtra Deū & Moyſem dura ceruice infremuerat:ſupereſt eūdē in initio ſui pricipat⁹ ſexagenariū paulo plus min⁹ fuiſſe.Et cū iuxta ſacrū eloquiū vixerit ānis centenis deniſq́ꝫ:palā erit eundē annis vt dixim⁹ qnquagenis iudicis honore perfunctum,ſupremum diem clauſiſſe.

Ioſue.v.

Ioſue.x.

De Othoniele iudice tertio. Cap.XXII.

POſt Ioſue populi Iſraelitici iudicio ac moderamini,præ fuit Othoniel frater Caleph iunior. Liberauitq́ꝫ Iſraelē de oppreſſione Chuſanſarathain regis Meſopotamiæ.Si quid vero aliud ꝑclarius,& memoria dignū egerit:ſacer text⁹ ſilet.Functus eſt autem iudicis honore annis quadraginta.

Iudi.iii.

De Aioth iudice quarto. Cap.XXIII.

Thonieli poſt annos decem & octo,quibus auerſi a deo
Iſraelitę,abſq; rectore & iudice,Eglō regi Moabitarum
ſeruierunt:ſucceſſit Aioth,vtriuſq; manus dexteritate
Iudicū. iii. ad bella prę omnibus ſui temporis idoneus.Per hūc,cū Iſrae-
litę quadā vice,ſub tributorum ſpecie:munera regi Eglon mi
ſiſſent:oblatiſq; muneribꝰ regem ſub ſpecie priuati colloquii,
in partem ęſtiui cœnaculi traxiſſet: mox eundem interfecit:
liberauitq; Iſraelē de ſeruitute Moabitarum. Pręfuit autem
Iſraeliticis tribubus,annis octoginta.

De Sangar. Cap.XXIIII.

Iudicū.3. POſt Aioth,Sangar filius Anath,populi iudex ſuffectus
id pręclarū geſſiſſe,a ſacris eloquiis celebratur:ꝙ Palęſti-
nos,ad numerum ſexcentorum virorum vomere pere-
mit,ſuoſq; a variis eorum incurſibus defendit.Sed quanto tē
pore,iudicio & moderamini Iſraelitarum pręfuerit : ſacrę li-
terę textus prętermiſit.

De Delbora & Barach iudicibus.
Cap.XXV.

RVrſum poſt ſpatium annorū viginti,quibus iudice ca-
rentes,& prioribus malis,recentia indies mala cumulā-
tes filii Iſrael:a Iabino rege Chanaā victi ſunt: & eidem
Iudicū. iiii. ſeruire ac tributa pēdere coacti:cum ſera pœnitētia ducti,do
mini dei ſui nomen,ſolito more inuocaſſent: miſertus deus
eorum ſuſcitauit eis iudices Delboram prophetiſſam & Ba-
rachum de Cedes Neptalim:qui cū decem millibus pugna-
torum aduerſum Siſaram militię Iabini principem, in bellū
profecti:omnem eius exercitū quē deus ingenti tonitrui fra-
gore exterritum,in fugam verterat:in ore gladii peremerunt.
Siſaram vero fugientem,cum Iahel vxor Cynei,dolo in pro-
prio tentorio ſuſcepiſſet:dormiēti clauum tabernaculi per tē
pora malleo infixit.quo vulnere ſopori mortem ſociās (iuxta
verbū Delboræ ꝓphetiſſę)expirauit.Liberati igitur eo modo

Iſraelitę a iugo & oppſſione Chananęorum: tuti ac ſecuri a bellis, quieuerunt annis quadraginta.

De Gedeone iudice ſexto.Cap.XXVI.

ET cum rurſum a veri dei cultu deficientes vt prius filii Iſrael:Idolum Baal vice dei coluiſſent:eiq; ritus,ſacrificia,ac diuinos honores impendiſſent:vindex dei ira,ſeptem annis illos, manibus & iugo Madianitarũ ſubdi permiſit.a quibus cum grauiſſime toto ſeptennio opprimerentur: corde tandem compuncti & malorum quę egerāt memores, diuinę tamen miſerationis nequaq̃ immemores:vocib⁹ ac tubis in cœlum perſonātibus,diuinũ auxilium aduerſum hoſtium ſuorũ īmanitatē implorarũt.Horũ ergo miſeriis compaſſa,& pcibus flexa, diuinę clementię propitiatio:ſuſcitauit eis ſaluatorē Gedeonē,filiũ Ioas natu minimum de tribu Manaſſe. Cui cum angelus domini apparuiſſet,& indubitatam de Madianitis victoriam ſpopondiſſet,non prius tamē angeli dictis fidē adhibuit,q̃ quadruplici ſigno,de futurę victorię palma certior euaſiſſet.In primis eñ ſacrificiũ,quod ſpectāte angelo,ſupra petrā poſuerat:vidit ab cœleſti igne cōſumi.Poſtea in ſolo lanę vellere,primo qdē rorē,deinde ſiccitatē,in futurę victorię argumētũ fieri poſtulauit.Ad extremũ cũ pgēs ad bellũ,iā caſtris Madianitarũ vicin⁹ propinquaſſet:ſolus cum Phara puero ſuo ī caſtra deſcēdere iuſſus: ſomniũ ab vno Madianitarũ,qđ indubitatā illi victoriā pſagiebat,recitari audiuit.Tātorũ igit̄ ſignorum indicio,oīa ſibi fauere & lęta queq; portēdi auſpicatus in bellũ aduerſum Madianitas cũ duob⁹ ac triginta millib⁹ hoīm prexit.Cęterũ priuſq̃ manus cũ hoſte conſereret:iuſſu dei,oēs eos in primis domũ abire iuſſit,q pauido & formidoloſo corde,eſſent.Deinde & eos,q ad fontē aquę ducti:aquas humano more flexo poplite bibiſſent.Trecentos dũtaxat ſecũ retinuit:q canes imitati,aquas manu ad os piiciente lābuerant.Hos cũ,nocte,tribus in locis,pgyrũ caſtrorũ intrepidos ſtare pcepiſſet:& lagũculas ſigno dato con

Iudicũ vi.

Iudicũ vii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fringere tubiſq; pſonare: turbatis hoſtiũ caſtris vniuerſos Madianitas fudit. fugienteſq; pſecut⁹: maximã eorũ partẽ interfecit. Prĩcipes quoq; eorũ: Oreb, Zeb, Zebee & Salmana, in fuga cõphẽſos necauit. Demũ cũ potit⁹ victoria ex inaurib⁹ vniuerſę prędę, quas pro manubiis ſibi ab omni populo donari poſtularat, Ephot fieri impaſſet: peccãtib⁹ in eo cũctis filiis Iſrael: id ipſi & vniuerſę domui ei⁹ factũ eſt in ruinã. Iudicauit autem Gedeon Iſraelem, annis quadraginta.

Iudicũ viii.

De Abimelech Gedeonis filio, rege & iudice ſeptimo. Cap. XXVII.

GEdeon ſucceſſit filius ſpurius Abimelech, q mox regiũ nomen iudicis loco vſurpauit. Fratres ſuos ſeptuaginta viros: ſuper vnũ lapidẽ iugulari pcepit: vt ſolus regno potiretur. Et cũ pluribus bellis implicitus multas hoĩm cędes, ruinas, & incendia perpetraſſet: breui, tã in necis fratrũ ſuorum, q̃ in malorũ quę egerat vltionẽ: ſiniſtra ei cũcta euenerũt. periitq; tãdẽ exitu infelici, in oppugnatiõe turris Thebes. Nam cũ manuarię molę fragmentũ mulier e turris ſummitate in caput illius excuſſiſſet: cerneretq; ſibi, illiſo & cõfracto cerebro, mortem imminere: vltro ab aſtante milite, ſe gladio confodi & interfici poſtulauit: ne in famę detrimẽtũ: mortuo poſteri inſultarent: q; cęſus a muliere fuiſſet. Tribus autem annis, rex & iudex: Iſraelitis legitur prefuiſſe.

Iudicũ ix.

De Thola iudice octauo. Cap. XXVIII.

Iudicũ. x POſt mortem Abimelech, iudicauit Iſraelem Thola, fili⁹ Phua, patrui Abimelech, de tribu Iſachar. Qui habitauit in Sanir. Hui⁹ acta ſacrę ſcripturę hiſtoria ſuppſſit. Prefuit autem iudicio Iſraelitarũ annis tribus & viginti.

De Iair Galaadite iudice nono. Cap. XXIX.

Iudi. x. DEfuncto Thola, in iudicis honorem ſuffectus eſt Iair Galaadites, cui⁹ non aliud geſtum ſacer textus cõmemorat: q̃ q; prolis abundantia felix triginta filiorum pr euaſit, quos etiã ſup triginta pullos aſinarũ incedẽtes: tri-

ginta ciuitatibus, quę ab eius noīe Anothiair id eſt villę lair dicebantur,ſingulos ſingulis pręfecit.Duob⁹ vero annis Iſraelitas iudicauit. De Iepte iudice decimo. Cap.XXX.

DEinde cū filii Iſrael rurſum a veri dei cultu,ſolita fragilitate pͣlapſi,vicinarū gentiū deos coluiſſent:diuina vltione decē & octo annorū ſpatio,ſeruituti Palęſtinorū & Ammonitarū paruerūt.Et cū tādē nimiis obruti malis,pœnitētia ducti & corde cōpūcti:diuinę miſerationis auxiliū,aduerſum vim hoſtiū implorаſſent:immiſit eis de⁹ ſaluatorem Iepte, virū Galaaditē,filiū mulieris meretricis.Hic cū e terra ſua a facie fratrū ſuorū profugus princeps latronū fact⁹ eſſet: ingruente belli neceſſitate reuocatur a ſuis.& cōſentiētib⁹ cūctis princeps eorū inſtitut⁹:cū delecto hebręorū excercitu, in bellū aduerſū Ammonitas & Palęſtinos prexit.quos cū ī acie ſupaſſet:eorū viginti ciuitates deleuit.Hic vnicā hñs filiā:voto aſtrict⁹ eā deo īmolauit.Vouerat eīn pgēs ī pliū cōtra Ammonitas,ſe eū deo īmolaturū:q prim⁹ e domo & familia ſua ſibi e bello cū victoria reuertenti occurriſſet.Cui cū filia ī tympanis & choris,cū coęqualib⁹ virginib⁹,obuiā prexiſſet:dolēs & publice ingemiſcēs ſe voto deluſum:vota tñ deo pſoluit.Iudicauit aūt Iepte Iſraelem,ſex annis. Iudi.x.

De Abeſſan iudice vndecimo. Cap.XXXI.

HVic ſucceſſit Abeſſā Bethleemites:q trigīta filios habuit & totidē filias.q̄s emittēs foras,maritis dedit:eiuſdē ꝗ numeri vxores filiis ſuis accepit:eaſqꝫ in domū ſuā introduxit.Iudicauit autem Iſrael ſeptem annis. Iudi.xii.

De Ahialon duodecimo iudice. Cap.XXXII.

POſt Abeſſan,ſurrexit Ahialon ppl'i iudex.a quo nihil ſacra eloquia geſtum meminerunt.Pręfuit autem iudicio & moderamini Iſraelitarum decem annis. Iudi.xii.

De Abdon decimotertio iudice. Cap.XXXIII. Iudi.xii.

MOrtuo Ahialō,ſucceſſit Abdō Pharatōites.hic nulla re alia,q̄ nūeroſiſſima filioꝝ ſtirpe enituit.Quadragita.n.

filios habuiſſe legitur:& ex eis nepotes triginta : aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum. Iudicauit autem populum Iſraeliticum octo annis.

De Sampſone iudice. Cap.XXXIIII.

DEinde cum filii Iſrael veteribus malis noua indies mala adiicientes rurſum iram Dei in ſeipſos concitaſſent: traditi ſunt a Deo in manus Palæſtinorũ annis quadraginta. Quos tandẽ oppreſſis cæſiſq; Palæſtinis, Sampſon Dei ex matris vtero Nazareus: ex eorum ſeruitute liberauit. Hic cum ante natiuitatem ſuam ſterili hactenus matri ab angelo prænunciatus eſſet: iuſſus eſt omni tempore vitæ ſuæ intonſus permanere. Lege enim Nazareorum cauebatur: vt nouacula non aſcenderet ſuper caput eius: & vt vinum & ſiceram & omne quod inebriari poteſt, non biberet: nec quoq̃ immundo veſceretur. Vxorem alienigenam de filiabus Palæſtinorum duxit: quam cum quadam die inuiſeret: obuiũ leonem irruente in ſe ſpiritu Dei interfecit. Reuertenſq; cum ad leonis cadauer a via diuertiſſet: in ore eius examen apum & fauum mellis inuenit. Mel guſtauit. Ex eo quoq; problema, triginta ſodalibus in nuptiis propoſuit. De comedente inquit exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo. Cuius intelligentiam illi cũ per ſe indagare non ſufficerent, per eius vxorem ſcrutati: cum ſeptima nuptiarum die id illi expoſuiſſent: triginta Palæſtinos eius rei gratia interfecit: quorum ablatas veſtes, iis qui eius propoſitionem exoluerãt: ex pacto donauit. Vniuerſas deinde Palæſtinorum ſegetes: in trecentis vulpibus caudatim cum mediis facibus alligatis, ambuſſit. Vxore quoq; per indignationẽ dimiſſa: Palæſtini eandem ob amiſſarum frugum diſpendia: cum omni domo patris ſui ſuccenderunt. Mille Palæſtinos cũ in mãdibula aſini interfeciſſet: & cæde cõpleta vehemẽter ſiti ret: fuſa ad Deum oratione, aquam e molari eiuſdem mandibulæ dente qua ſitis ardorem leniret, impetrauit. Gazan vrbem ad mulierẽ ingreſſus: cum Gazenſes portas illi præcludi

Iudicum xiii.

Iudicum xiiii.

iuſſiſſent:media nocte cõſurgens ambas portę fores cũ poſti-
bus & ſera hũeris ĩpoſuit:eaſq́ȝ ad vicini ſupciliũ mõtis porta
uit. Cũ demũ & aliã mulierẽ noĩe Dalida ĩ valle Soreth ada-
maſſet:hęc nimia ĩportunitate tãtę fortitudinis cauſam, mer
cede conducta,ex eo vbi perdidicit:dormientẽ in ſinu ſuo to-
tondit:tonſumq́ȝ & omni fortitudine ſpoliatum latentib9 pe
nes ſe Palęſtinis vt cõmunẽ hominẽ capiendum exhibuit. Ab
eis igitur captus,mox oculis priuatur:& piſtrino ad manua-
rias molas, ſeruorũ more alligatur.Sed cum poſtea renaſcẽte Iudicũ
eius coma:Palęſtini immolatis hoſtiis Dagon deo ſuo,publica xvi.
conuiuia lęti celebrarent:eductũq́ȝ de carcere Sampſonem,co
rã ſe ludere iuſſiſſent: app̄hẽſis fortiter colũnis,quib9 tota in-
nitebatur domus,iiſq́ȝ fortiter concuſſis, cũ domus illico ruiſ
ſet:multo plures moriens interfecit,q̃ antea viuẽs occiderat.
Iudicauit autem Sampſon Iſraelem,annis viginti.

De Heli iudice & ſacerdote. Cap.XXXV.

NAzareo Sampſoni ſucceſſit Heli ſacerdos: inter quem
& Sampſonem,complures anni fluxerũt,vel abſq́ȝ iudi
cibus, vel quorũ nomina ſacrę ſcripturę text9 prętermi
ſit.Hic cum nonaginta & nouem annorum eſſet:& caliganti
bus oculis prę ſenio in cathedra ſecus viam ſederet:eiuſq́ȝ bel
li,quod tum inter Iſraelitas & Palęſtinos agebatur, p̄ſtolare-
tur euentum: repentino nuncio de Iſraelitarũ clade, necnõ &
filiorũ ſuorũ nece & capta dei arca pculſus:retrorſum de ſel- Regum
la iuxta oſtium cecidit:& fractis ceruicibus expirauit,Pręfuit iiii.
autem Iſraeliticis tribubus:annis quadraginta.

De Samuele iudice ſacerdote. Cap.XXXVI.

HEli ſacerdotem:ſequutus eſt amabilis dei & fidelis p-
pheta Samuel.Qui non modo crebra Iſraelis,ab hoſtiũ
incurſibus liberatione:ſed & ſpiritu prophetię clarus,
in populo dei velut matutina ſtella effulſit.Duos reges Sau-
lem & Dauid:deo obtẽperans ſacro oleo inunxit.Iſraelitas re-
gem petẽtes:ingenti tonitru,fulgure, & pluuiis, ſola oratio- Reg.xii.

ne excitis, perterruit: quæ poſtmodum vi pariter ſolius oratio
tionis ſedauit. Palęſtinos multotiens fugauit & vicit. Agag
pĩguiſſimum Amalechitarũ regẽ cui Saul capto pepercerat,
manu propria interfecit, & in fruſta concidit. Quot vero an-
nis iudicio Iſraelitarũ pfuerit: ſacra rurſũ eloquia ſilent.

De Saule rege. Cap. XXXVII.

Dilecto & amabili dei, Samueli ſucceſſit Saul, Iſraelita-
rũ diuino iudicio rex primus: in initio quidem rectus
& bonus: cũ iuxta eloquiũ, non eſſet in filiis Iſrael, me-
lior illo. Et nõ modo bonitate & inſigni quadã morũ probita
te, cęteris eminebat: ſed etiã ſtans in medio filiorũ Iſrael: inuẽ
tus ẽ vniuerſis ſtatura corporis ab humeris & ſurſũ pcerior.
Regum Hũc in initio regni ſui ad bellum aduerſum Palęſtinos profe
xiii. ctururũ: cũ nõ expectato Samuele holocauſtũ dño temere offer-
re pſumpſiſſet: Samuel dire increpuit. Prędixitq; illi: regnũ ei⁹
inęternũ minime protelãdũ. Deinde miſſus a deo, vt de Ama
lechitis ſumeret vltionẽ: vtve omnia quę erãt Amalechitarũ
Reg. xv. diſperderet: tã in hoĩbus, q̃ in iumentis: nec quicq̃ omnino eo
rũ in qb⁹ vita erat, illeſũ ſeruaret: dei mãdata nõ cuſtodiuit.
Nã gregibus oĩbus, iumentis, veſtibus, & iis quę pulchra viſu
erãt: voci populi obediẽs pepercit. Inſuper & Agag Amalechi
tarũ regẽ viuũ adduxit: quẽ poſtea indignans Samuel interfe
cit, & in fruſta mẽbratim diſſecuit. Cũ igitur pœniteret deũ
ꝙ eum regem feciſſet: & mox ĩ filiis Iſai, ſibi regẽ alium iuxta
cor ſuum prouidiſſet: cœpit paulatim Saul in deterius profi-
Reg. xvi. ciens, a ſpiritu domini malo exagitari. Quem cum Samuel lu
geret, & pro eo deum exoraret: iratus offenſuſq; deus, eundẽ
exaudire noluit: & ne de cętero Saulem lugeret inhibuit.
Quamobrem deſertus a deo Saul: Dauid adoleſcentem citha
rizandi peritum, accerſiuit, quo in cithara coram eo ludente:
refocillaretur ſpiritus eius & leuius haberet. Cernẽs vero ſpi-
ritum dei bonum a ſe receſſiſſe, eũq; Dauidi inhęſiſſe: non mo
do pſallentem binis vicibus lancea incaſſum parieti ſuffixa,

configere niſus eſt: ſed & aperte in necem illius conſpirans: cœpit e regia profugum, in cunctis finibus regni ſui inſectari. Achimelech quoq; ſacerdotem cum omni eius familia ad numerum octogintaquinq; virorum propter eũdem interfecit. Phytoniſſam demum de belli euentu conſuluit. Ad extremũ cum tantorum malorum ſarcina preſſum Palęſtini in bello fudiſſent, fugãq; iniiſſet: montẽ Gelboe conſcendit. reſumpto q; ibi pauliſper ſpiritu cum cerneret appropinquare Palęſtinos: ſeq; manus eorum euadere non poſſe: a proximo milite ſe interfici flagitauit. Quod cũ non impetraſſet, mox proprię haſtę incubuit. mortis quoq; dilationem non ferens: a prętereũte ſeruo Amalechita, reſiduum ſpiritum mole corporis excludi poſtulauit. Sic regno pariter & vita exceſſit. Regnauit autem in Gabaa, metropoli filiorum Beniamin, annis quadraginta. Hunc ſequutus Dauid, octo filiorum Iſai Bethleemitę natu poſtremus: cum (vt rufus & pulcher aſpectu) non modo humanis oculis gratus eſſet: ſed & intra animi thalamum, ob naturalem innocẽtiam diuinę maieſtatis oculis interiora ſpectãtibus longe ſpecioſior placuiſſet: a Samuele in domo paterna perquiri, & ſacri olei chriſmate inungi iubetur. De quo in ſequenti temporum interuallo latius proſequemur. Reg.ꝫ.

Supputatio annorum quarti temporum interualli: a Moyſe vſq; ad Dauid.

Cap. XXXVIII.

Ex linea & ſucceſſione priorum iudicũ: quã in pcedẽte capite cũ annis qb⁹ ſinguli Iſraelitico pplõ pfuiſſe legũtur: iuxta ſacrę ſcripturę intemeratã fidẽ receſuim⁹: nequaq̃ colligi põt ea vera & ĩtegra annorũ ſupputatio: q̃ quartã tporũ ętatẽ explere ſufficiat. Id enĩ cum ab egreſſu filiorũ Iſrael ex Aegypto, per intermediorũ iudicum pfecturas, vſq; ad Dauitici regni initium extendatur: prædiximus nonnullorum forte iudicum memoriam, a ſacris eloquiis in medio

prætermitti. Et rurſum nõ eorũ etiã oĩm, quorũ ſacer textus meminit, annos, q̃bus populi gubernacula tenuerũt: lucide & plane nobis exponi. Nã vt p̃docuim⁹, anni Ioſue, Sangar, & Samuelis, reticenẽ, ſupprimunẽ, ſilenẽ. Verũtamẽ eã annorũ ſummam, quã ſigillatim ex ſacra hiſtoria depromere & elicere docemur: in ſequenti formula duximus apponendam.

Tabula annorum quarti temporum interualli.

Moyſes prefuit	Annis	40
Ioſue	Annis	
Othoniel	Annis	40
Sine iudice ∴	Annis	18
Aioth	Annis	80
Sangar	Annis	
Sine iudice	Annis	20
Barach & Delbora	Annis	40
Sine iudice	Annis	7
Gedeon	Annis	40
Abimelech	Annis	3
Thola	Annis	23
Iair	Annis	22
Sine iudice ∴	Annis	18
Iepte	Annis	6
Abeſſan	Annis	7
Ahialon	Annis	10
Abdon	Annis	8
Sine iudice ∴	Annis	40
Sampſon	Annis	
Sine iudice	Annis	20
Heli ſacerdos	Annis	40
Samuel propheta	Annis	
Saul Rex	Annis	40
Omnes anni a Moyſe ad Dauid expreſſi.		522
Ab origine mundi ad Dauid expreſſi.		3091

Huic poſtremę annorum ſummę,pro totius quarti temporũ interualli complemento:addendi ſunt hi anni,quibus tres iudices,Ioſue,Sangar,& Samuel, populo Iſraelitico præfuere: cum eo temporis interſtitio,quod inter Sampſonem & Heli ſacerdotem,vel ſine iudice,vel certe ſine vllius intermedii iudicis mentione & expreſſa memoria pertranſiit.Hi vero anni cum nobis ex ſacræ ſcripturę teſtimonio minime recenſeant: illos ideo ſupprimere voluimus. Aduertẽdum tamen eſt in libro Iudicum,capite vndecimo:ab habitatione filiorum Iſrael in terra ſua vſq; ad Iepte iudicem trecentos annos numerari. Cæterum quanti fluxerint anni,a tempore Iepte vſq; ad obitum Saulis:ſiue aduſq; Dauitici regni initium,nuſq̃ in ſacris eloquiis expreſſum reperitur.

De quinto temporum interuallo:a Dauitici regni initio vſq; ad Chriſtum. Cap.XXXIX.

Exactis populi iudicibus & Saule rege diuinitus reprobato & amoto:ſucceſſit electus ſecũdũ cor Dei Dauid. Ex cuius in æterni regni hæreditatem præſcripto ſemine:prædeſtinauit Deus naſciturum filiũ benedictionis,& ſaluatorem vniuerſi Chriſtum:qui non modo Iſraelem ex antiquo Aegypti ergaſtulo,& ex temporaliũ hoſtiũ ſeruitute ac oppreſſione liberaret:ſed etiã om̃e humanũ genus,ex aſſidue imminentibus huius mundi periculis,& infeſtiſſimis inuiſibilis aduerſarii fraudib9 erueret:& pro paludoſis Aegypti ſcrobibus:hominẽ quẽ primitus ad imaginẽ ſuã condiderat:in vera Iudeæ mõtana,id eſt in cœleſtem Hieruſalem,liberũ ac parem angelis effectũ,æterna manſione trãſferret.Regnauit aũt Dauid poſt mortem Saulis annis quadraginta:in Hebron quidem ſeptẽ annis:& reſiduis tribus ac triginta annis in Hieruſalẽ:vir præ cæteris regibus & animi innocẽtia eximius:& diuinę amicitię integritate ac zelo pręſignis:& militari demum gloria nulli inferior.Cũ enim adhuc adoleſcens ac ætate paruulus paſceret oues Iſai patris ſui:leonem caſu obuium,pro-

priis manibus diſcerpens interfecit. Inermis item Goliath Ge
theum e famoſa gigantum ſtirpe progenitum: excuſſo e fun-
da lapide, in terram deiecit: eiuſq; proprio gladio, ſpectante Sau
le cum omni Hebræorum exercitu peremit. Poſtq̃ vero regni
diadema regiaq; inſignia Dei voluntate ſuſcepit: imminenti-
bus vndiq; hoſtibus, tanto terrori ex victoriarum frequentia
fuit: vt nulli aduerſum eum vel inſurgere auderẽt, vel inſur-
gentibus rebellantibusve auxilia prębere cuncti formidarent:
vniuerſiq; vicini reges eidẽ etiam non laceſſiti, vltro tributa
penderent: & eius amicitiam ſummis votis exoptarent. Palæ-
ſtinos, qui vetuſtiſſimi atq; infeſtiſſimi Hebræorũ hoſtes erãt:
variis cladibus attriuit. Syros quoq; Damaſci, Idumęos, Moa
bitas, & Ammonitas ſubegit. Cõfirmatus in regno: cum iam
ab exterarum nationum incurſibus ac bellis, Deus illi per gy
rũ requiẽ præſtitiſſet: mox inopinato inteſtinę ſeditionis euen
ii. Re. xv. tu, ab Abſalon filiorum ſuorũ ſpecioſiſſimo: regni ſede paruo
tempore deiectus eſt. Sed paulopoſt Abſalon dũ e quercu pen
deret, tribus lanceis ſuffixo ac cęſo, eiuſq; excercitu fugato: in
Hieruſalem reductus: priorem omnem regni gloriam, conſen
tiẽtibus vniuerſis reſumpſit: & ad extremum vſq; ſenium pa
cificus regnauit. Cum vero quadam die templũ domino Deo
ſuo ædificare cogitaret: nutu Dei Nathan propheta ad eum
venit: eiq; quia multũ ſanguinẽ fudiſſet, & ab infantia bellis
implicitus vixiſſet: templum ędificare prohibuit. Cernens igi
tur ſe ædificandi templi cura diuinitus arceri: eiuſq; rei pro-
uinciam in filium ſuum Salomonem Dei voluntate differri:
aream Hornam Iebuſei ſuper quam angelum Dei populũ gla
dio cædentem conſpexerat: quinquaginta argenti ſiclis emit:
eamq; in templi fundamentum, extructo ibidem altari, conſe
crauit. Immẽſa inſuper æris & diuerſorum metallorum pon
dera: ex manubiis deuictarũ a ſe nationũ congeſſit. Sumptus
quoq; oẽs & impẽſas ad id neceſſarias: filio ſuo Salomoni præ
parauit. Et cũ prius vniuerſum cui pręerat populũ numerari

iuſſiſſet:grauiterq; hac de re Deum offendiſſet:mox propriç
cõſcius culpæ ingemuit. Veniẽſq; ad eũ Gad ꝓpheta:triũ illi
optionem in tantæ offenſionis piaculum a Deo propoſuit:vt
vel triennii quidẽ fame terra eius vexaretur:vel trimeſtri bel
lo ab hoſtibus laceſſitus,in manus eorũ incideret:vel tridua-
na peſtis in populo eius graſſaretur.Qui cum nimium ſe ar-
ctari videret:malẽs in miſericordiſſimi Dei manus incidere,q̃
in manus hominum:triduanam peſtem elegit:quæ trium die
rum ſpatio,ſeptuaginta hominum milia deleuit:quoad placa
tus orationib⁹ & holocauſtis Deus:angelũ euaginato gladio
ſup Hieruſalẽ vt eã diſpderet ſtatẽ a pcuſſiõe inhibuit.Poſtre
mo cũ iã ſenuiſſet:& Adonias pr̃is loco ſe regnaturũ p̃ſumẽs
regio apparatu cõuiuia nõnullis principib⁹ exhiberet,ſeq; re-
gẽ ꝓclamari iuberet:vocatũ ad ſe Salomonẽ filiũ ſuũ a Sadoch
ſacerdote & Nathã ꝓpheta ſacro oleo inũgi p̃cepit:quẽ et ſe
vidẽte i regio ſolio collocari:atq; ab vniuerſis vt regẽ ſalutari
iuſſit.qb⁹ pactis,mortu⁹ eſt ĩ ſenectute bona:& ſepult⁹ in Be-
thleẽ ciuitate ſua:q̃ ab eo tpe ac deĩceps:cœpit ex ei⁹ noĩe ciui
tas Dauid appellari. De Salomone rege. Cap.XL.

SVcceſſit mãſuetiſſimo patri Dauid:ſapiẽtia pręſignis,fili⁹
eius Salomon pacificus ac Deo dilectus rex:quem Dauid
ex Berſabee,quę fuerat Vrię Ethei,ſuſceptum:pacto & iu
ramẽto cũ ea inito:ſe adhuc viuẽte regẽ vt pdocuimus deſi-
gnauit.Hic in initio regni ſui,p̃cepto pr̃is ſui Dauid obtẽpera
turus:nõnullos ĩterfeci,aut exilio relegari curauit:qb⁹ pr̃ Da
uid nimia victus clemẽtia pepcerat.Adoniã fratrẽ natu maio iii. Re.ii.
rẽ:qa regnũ cõcupierat:& Abiſac Sunamitẽ in cõiugẽ ſibi da
ri poſtularat:p man⁹ Banaię pricipis ĩterfecit.Ioab quoq; pri-
cipẽ Dauiticę militiæ:qa ptib⁹ fauiſſet Adonię,cornu altaris
amplectẽtẽ,ab eodẽ Banaia necari p̃cepit:ĩ eiuſq; locũ Banaiã
ducẽ exercitui p̃fecit.Abiathar ſacerdotẽ,quia in cunctis la-
boribus & ærumnis patris ſui Dauid comes affuerat:cum in
terficere nollet,exilio mulctauit:eũq; in Anathoth agrum na

tiuitatis ſuę remiſit. Semei quoq;, q patri ſuo Dauid,a facie Abſalon fugienti maledixiſſet:eūq; lapidib9 appetiſſet & puluere conſperſiſſet:pariter interfici mandauit.Pharaonis regis ægypti filiam vxorem duxit:cui etiam ampliſſimam domū ędificauit.Cum'vero anteq̄ templi ędificationem moliretur, in excelſum Gabaon prexiſſet,milleq; hoſtias domino imolaſſet:apparuit ei per ſomniū deus.a quo cū optio illi,vt quicqd vellet poſtularet,offerret:nō iuxta hūani deſyderii cōſuetudinē diuitiarum affluētiā, non cōmunem regum gloriam: non annorum longęuitatē,aut hoſtium victoriam:ſed quod potiſ

Tertii ſimū ac deo gratiſſimū erat,ſapientiam ad faciendum iudicium

Reg.iii. um poſtulauit.Cui9 cū laudabili petitioni deus applauſiſſet: largiſſimam illi ſapientię copiam,pręomnibus qui ante eum fuerant,& qui poſt eū venturi erant regibus,infudit. Inſuper & ea quę petitiōis ſobrietas exprimere nō auſa,ſuppreſſerat: tanq̄ potiſſime & pręcipue ſapientiæ obſequioſa:id eſt opulentiam,pacem per gyrum,& alia id genus donauit.Cibus eius per dies ſingulos, erat triginta chori ſimilę & ſexaginta chori farinę.Decem boues pingues,& viginti boues paſcuales, & centum arietes.Excepta venatione ceruorum,caprearum,bubalorum,auium, cunctorumq; altilium. Quadraginta millia pręſepia equorum currilium:& duodecim millia equeſtrium habebat.Sapientia eius:omnium orientalium cūctorūq; mortalium ſapientiam vīcebat.Tria millia parabolarum ſcripſit: & carmina quinq; millia.De cunctis lignis diſſeruit: a cedro quæ eſt in libano,vſq; ad hyſopum,quę egreditur de pariete. Et vſqueadeo longe lateq;,ſapientię & glorię eius fama increbruit:vt e cunctis populis,cum muneribus:ad audiēdam ſapientiam eius,lęti properarent.Anno igitur quadringenteſimo octogeſimo,egreſſionis filiorum Iſrael ex Aegypto:regni vero ſui anno quarto: templi fundamenta inchoauit. Quod tandem ex lapidibus impolitis & lignis cedrinis,miro ſumptu compleuit. Tanta: id magnificentię fuit:vt ſeptuaginta

milia virorum eſſent onera portantiũ.Latomorum milia octo
ginta.Præfectorum operibus tria milia ac trecenti.Perfecto
templo,omnem Iſraelis cœtum in illius dedicationẽ cõgrega
uit.Pacificas hoſtias,boum inquã vigintiduo milia,& ouium
centum ac viginti milia immolauit.Placatus tantis hoſtiis &
oratione Salomonis Deus:ſecundo illi per quietem apparuit:
monuitq; eius orationem exauditã:ſeq; in cunctis,populo in
templo deprecanti,propitiũ fore.Regina Saba audita eius fa-
ma:ad eũ multo cũ comitatu & ingentibus muneribus venit.
Aenigmata ꝓpoſuit:dona obtulit:aurũ,aromata,& gemmas iii.Reg.x
precioſas.Rex omni eiꝰ verbo reſpõdit.Aenigmata diſſoluit:
eamq; in ſtuporẽ præ ſapientiæ & gloriꝫ admiratione conuer
tit.Eiꝰ quoq; munera cum ſuſcepiſſet:reciproca vice quęcũq;
ab eo petere voluit,illi donauit.Sed cũ ſub cœlis caſui nõ ob-
noxiũ nihil ſit:inuidens tantę proſperitati fortuna eius glorię
inexpiabilẽ maculã intorſit.Nã cum mulieres alienigenas cõ
plures adamaſſet:earũ illecebris illectus,Dei veri cultũ in ido
lum cõmutauit:diiſq; concubinarũ ſuarũ,& altaria extruxit,
& hoſtias immolauit.Tandẽ igitur cum vna & in ſeniũ labe-
retur:& mẽte per mulieres deprauatus,a diuina amicitia ſen
ſim alienus efficeretur:compleuit in regno annos quadragin
ta:deficiẽſq; mortuꝰ eſt,& ſepultꝰ in ciuitate Dauid pr̃is ſui.

De Roboa. Cap.XLI.

SAlomonem præ cunctis mortalibus ſapientia necnon & di
uitiarum gloria inſignem:diſſimillimus patri Roboam ſe
quutus eſt:quem ſacra eloquia viceuerſa tam rudi & paui
do corde fuiſſe commemorant:quanto præfulgidæ ſapientiæ
candore pater Salomon enituiſſe celebratur.Ad hunc cum in iii. Regũ
initio regni ſui,vniuerſa Iſraelitica plebs cõueniſſet:peteretq; xii.
ſupplex ſibi grauia nimis onera imminui,& leuiora imperari:
ſpreto ſeniorum vtili conſilio,iuniorũ pernicioſæ exhortatio-
ni parere & obtemperare malens:in hæc verba regno ſuo ni-
mis exitioſa prorupit.Minimus inquit digitus meus groſſior

eſt lumbis patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem vos ſcorpionibus cædam. Hoc reſponſo perculſus omnis Hebræorum exercitꝰ: præter tribum Iuda & tribum Beniamin mox a domo Dauid vniuerſi deſciuerunt: reuocatumq́ ex Aegypto Hieroboam: regem ſuper ſe creauerũt. Inſuper & Adurã tributorũ pręfectũ, miſſum a Roboã vt tributa exigeret: lapidibus obruerunt. Quod cernens Roboã: cũ cẽtum & octoginta milia bellatorum in prælium contra Hieroboam eduxiſſet: occurrens illis Semeias propheta, id volũtate Dei factũ expoſuit: eoſq́ aduerſum fratres ſuos pugnare inhibuit: & reuerti in domũ ſuam ſingulos perſuaſit. Timens autem Hieroboam recens decem tribuum rex: ſi Iſraelitæ Hieroſolymam vt prius, orationis & ſacrificiorum gratia properarent: ne ſe interfecto iterum Roboam ſequerentur: mente a Deo alienus, vitulos aureos in maximum populi ſcandalum conflari iuſſit: eoſq́ in extremis regni ſui finibus, Dan & Berſabee, collocauit: & omni populo ſuo pro diis colendos exhibuit. Ex eo tempore regnum duodecim tribuũ: quod ſub tribus regibus Saule, Dauid, Salomone, per tres annorum tetradecades concinnam & amicam Deo vnitatem ſeruauit: in perosam & inimicam Deo dyadem labi ac diuidi ob peccata Salomonis permiſſum, iuxta verbum Ahiæ Silonitis, duo regna ex vno effecit. Regnũ enĩ Iuda, in tribubꝰ Iuda & Beniamin: in ſemine quoq́ Dauid & in Hieruſalem ſummi Dei ciuitate indiuiduum permanſit. Regnum autem Iſraelitarum a Dei templo & eius ſanctificatione deſciſcens: vitulos aureos excoluit: idq́ decem reſiduas tribus obtinuit: qui poſtea Samaritę ſiue Samaritani a Samaria regni ſui metropoli dicti ſunt. Regnauit autẽ Roboam in Hieruſalem annis decem & ſeptem.

Semeias ꝓpheta.

Ahias Silonites ꝓpheta.

De Abia rege. Cap. XLII.

iii. Re. xv

POſt Roboam, regnum Iudęorũ ſuſcepit Abia filius eiꝰ: qui bonus quidem & rectus coram Deo vixit: ab eo tamen quid præclarum & memoria dignum geſtum ſit: ſa

cra ſcriptura non meminit:præter id quod omni tempore vitæ ſuæ prelíis cum Hieroboam rege Iſrael decertauit:quē etiam confiſus in domino Deo patrum ſuorum:& inuocato eius nomine,fudit: eiuſque excercitum deleuit.Regnauit aūt Abia:tribus annis in Hieruſalem,metropoli regni Iudæorum.

De Aſa rege. Cap.XLIIII.

Defuncto Abia,regni diadema ſuſcepit filius eius Aſa: qui implens quod rectū & bonū erat in conſpectu Dei: abſtulit effœminatos de terra ſua.Templa idolorū deſtruxit.Maacham inſuper matrem ſuā principatu ſacrorum Priapi deiecit:cuius etiam fœdū ac turpiſſimum ſimulachrū in torrente Cedron comminuit & ambuſſit.Zaran Aethiopē cum decies centenis millibus hominum aduerſum ſe in bellum properantem:magis oratione ad Deum fuſa,quam prælio vicit:& ad internicionem vſque deleuit. Verum cum poſtea aduerſum Baaſa regem Iſrael bella ſibi inferentem:non vt prius Dei nomen inuocaſſet:ſed in armis hominum confiſus,ingenti auri mercede a Benadab Syriæ rege auxilium imploraſſet: mox vindicem Dei iram incurrit.Inſuper & Anani prophetā ad ſe in verbo Dei venientem:in neruum mitti iuſſit.In cuius rei vltionem,vehementiſſimo pedum dolore laborauit: nec quidem in infirmitate ſua dominum quæſiuit:magis in medicorum arte confiſus. Regnauit autem in Hieruſalem annis vno & quadraginta.

iii.Re.xv

Anani propheta.

De Ioſaphat indyto rege. Cap.XLV.

EXacto & mortuo Aſa rege:Ioſaphat filius eius paterno regno potitus:cum id quod bonū & rectum eſt,in oculis Dei perfeciſſet:Deo illi aſtipulante,& opē in cunctis ferente:diues valde & inclytus euaſit. Hic vniuerſum populum ſuum miſſis per ſingulas vrbes ſacerdotibus & leuitis,cū libro legis domini:in ſacra lege ab eis diligenter erudiri & inſtrui præcepit.Quod cū diuinæ maieſtati maxime placuiſſet: eius timorem ſuper vicina regna Deus immiſit. Hactenus

ii.Paralipo.xvii.

dũtaxat deo diſplicuit:ꝙ non modo affinitatẽ,cũ Achab impio rege contraxit:ſed & auxilia illi prębuit:& cũ eo ſępiꝰ in bellũ prexit.Cũ vero finitimę natiões Idumęorũ, Moabitarũ & Ammonitarũ:vno agmine ĩ bellũ aduerſũ eũ ĩſurrexiſſẽt, vniuerſos magis oratione q̃ armis vicit.Hi eĩ volũtate dei, in ſemetipſos conuerſi mutuis concidere vulneribus.Adeo vt potius ad detrahenda cęſorum ſpolia,q̃ ad manus conferendas:Ioſaphat cum omni excercitu ſuo ſe veniſſe lętus ac deo gratias agens,miraretur.Regnauit autem in Hieruſalem:annis vigintiquinq̧.

De Ioram Rege. Cap.XLVI.

Regnũ patris ſui Ioſaphat: Ioram filiorũ natu maior,ſuſcepit.Qui confirmatꝰ in regno: nõ ſimplici & recto corde coram deo ambulauit:ſed mox in impietatẽ lapſus: oẽs fratres ſuos interfici curauit. Filiã quoq̧ ipſi Achab, nomine Athaliam:in coniugẽ duxit.Et tanq̃ qui a paterna virtute ac bonitate cito defeciſſet:nequaq̃ vt patris Ioſaphat,vicinos populos, eiꝰ terror ac formido rebellare vetuit: & pacẽ petere coegit.Sed vt qui dei cultũ abiecerat,derelictus a deo: plurimis cladibus ab eis attritus ſuccubuit. Et in vltionem

Helias. necis fratrum ſuorum(iuxta litteras,quas ab Helia propheta:ad ſe perlatas acceperat) tanto vteri dolore ægrotauit: vt viſcera ſua egereret:periretq̧ eo morbo: anno octauo regni ſui.Cui ideo Iudaica plebs:ſecundum regum morem,ambuſtionis exequias denegauit:nec eundem in ſepulchris regũ ſepeliri permiſit.

De Ochozia Rege. Cap.XLVII.

ii.Parali. xxii. Patri Ioram,ſucceſſit Ochozias filiorum eius natu minimus:anno ętatis ſuę ſecundo & quadrageſimo.Qui ingreſſus per vias domꝰ Achab regis Iſrael : impie coram deo patrũ ſuorũ egit. Amicitiam cum Ioram filio Achab,rege Iſrael contraxit.Cũ quo etiã ad bellũ, in Ramoth Galaad aduerſum Benadab Syrię regem perrexit.Et cum poſtea vul-

neratum a Syris Iorã,in Iſrael inuiſiſſet:conſpirante Iehu ad-
uerſum Ioram,fugã iniit.Inuentuſq; latitans in Samaria ibi-
dem iubente Iehu cęſus eſt.Regnauit autẽ anno dũtaxat vno
in Hieruſalem.

De interregno Athalię impię Reginę.
Cap.XLVIII.

CAeſo rege Ochozia in Samaria: Athalia mater ei⁹, filia
Achab regis Iſrael:quę fuerat vxor Ioram,filii Ioſaphat ii.Parali.
regis Iuda:regnãdi libidine iſtigata:mox omne regium xxii.
ſemen, pręter Ioã filiorũ Ochozię minimum dei prouidentia
neci ſubreptum interfecit.Et cum regnaſſet ſuper Iudam an
nis ſeptem:conſpiratione Ioiadę ſummi ſacerdotis,qui Ioam
filium Ochozię,in templo domini clam nutriebat:a militib⁹
perempta:debitas ſcelerum poenas exoluit.

De Ioa Rege. Cap.XLIX.

OChoziam:ſequutus eſt Ioas,filius eius natu poſtrem⁹. ii.Parali.
Quẽ Ioſabeth ſoror Ochozię,Ioiadę ſacerdotis vxor:fu xxiii.
rata e medio filiorũ regis,qui iuſſu Athalię impię regi
nę interficiebantur:ſeptẽ annis in domo domini abſcõditum
nutriuit.eũq; conſilio Ioiadę principis ſacerdotum ſeptimo
anno,in publicũ produci & ĩ regni ſolio collocari atq; ab vni-
uerſis militibus(cęſa Athalia)vt regem conſalutari curauit.
Hic omni tempore Ioiadę ſummi ſacerdotis (a quo vt in re-
gnũ ſublimatus:ita & in lege domini,diligenter fuerat inſtru
ctus)recte coram deo ambulauit. Eo tamen mortuo:Pricipũ
obſequiis delinitus,mox vias domini rectas deſeruit. Clauſo
enim templo dei patrum ſuorum:idolorum altaria inſtaura-
uit,luciſq; & ſculptilibus inſeruiuit.Inſuper & oblitus miſe-
ricordię,Ioiadę ſacerdotis:cuius cõſilio ſeruatus, ad regnum
peruenerat:Zachariam filium eius,a quo in ſpiritu domini,
transgreſſionis & peccati publice arguebatur:in atrio templi
ab vniuerſo populo obrui prӕcepit. In cuius necis vltionem,
ab Azaele rege Damaſci captus:cęſis cunctis principib⁹ ſuis,

ignominioſa iudicia perpeſſus eſt.dimiſſuſq; a Syris,in lãguo
ribus magnis:tandem inſidiis ſuorum,in lectulo ſuo quieſcẽs
iugulatus eſt:& ſepultus in ciuitate Dauid,ſed non in ſepul-
chris regum.Regnauit autem annis quadraginta in Hieru-
ſalem.

De Amaſia rege. Cap.L.

ii.Parali. xxv.

POſt hunc regnauit filius eius Amaſias:qui cum' in ini-
tio regni ſui,quod bonum & placens deo erat,ſimplici
corde perfeciſſet: inſurgentes aduerſum ſe hoſtes, nihil
extimuit.Iugulauit autem eos,qui Ioam patrẽ ſuum inſidiis
necauerant:eorum tamen filiis,iuxta ſacrę legis cautionem,
pepercit.Idumęorum decem millia in bello interfecit: & alia
decem millia cum cepiſſet: e ſummitate prępruptiſſimę petrę
deiici pręcepit,qui vniuerſi crepuerunt.Poſtq̃ vero Idumęo-
rum deos,ex pręda ad ſe perlatos,excoluit:& corripienti ſe ꝑ
phetę,non modo obtemperare recuſauit,ſed etiam mortẽ in-
tentauit:derelictus eſt a deo in manu hoſtili. Nam captus a
Ioa rege Samarię,non modo omnem excercitum amiſit: ſed
& ab eo in Hieruſalem perductũ: murum eius per gyrum di
rui,omneſq; theſauros ſuos in oculis ſuis diripi & in Samari-
am tranſferri mœſtus conſpexit. Et cum tandem dimiſſus a
Ioa,in Hieruſalem ſuſpectas ſuorum inſidias haberet: ideoq;
in vrbem Lachis confugiſſet:ibidem nihilo ſecius a ſuis occi-
ſus eſt cum vndetriginta annis regnaſſet.

Horum quos nuper recenſuimus,trium regum Ochozię,Ioę
& Amaſię memoriam: Matthęus euangeliſta,in trina gene-
rationis Chriſti teſſaradecade prętermittit.Cuius cauſam,di
uus Hieronym⁹ affert:ꝙ hi ex Achab regis Iſrael & impię Ie-
ſabelis ſtirpe prognati:cũ, ritu gentilitio magis q̃ hebręo, gẽ
tium idolis immolantes vixiſſent : deſęuiente ſuper eos iu-
ſta dei vltione ſuorum inſidiis trucidati,miſerabili exitu per-
ierũt. tum etiam ꝙ triũ teſſaradecadum,ad Chriſti genera-
tionem ſpectantium,integerrimum myſticumq; numerum,

noluit ſua deſcriptione,ſacer euangeliſta tranſilire.

De Ozia rege. Cap.LI.

Poſt Amaziam: regnum Iudęorum iniit filius eius Ozi-
as.Qui cum in initio rectus & bonus:dominum deum ii.Parali.
patrum ſuorum in toto corde ſuo exquiſiſſet:eũ in cun xxvi.
ctis agẽdis,propitium & adiutorem habuit.Phyliſtęos rebel-
lantes expugnauit:quorum pręcipuas & fortiſſimas ciuita-
tes Geth,Iamniam,& Azotum,ſolo ęquauit.Arabes quoq; de
bellauit.Ammonitas,tributa pendere coegit.Turres complu
res cum in Hieruſalem,tum in ſolitudine extruxit.Ciſternas
quoq; plurimas effodit. Et exercitum ingẽtem comparauit.
Sed cum in fine crebris elatus victoriis,eiuſq; nomine procul
diuulgato,ſuperbiret:& pręter legis iura ſacrorũq; rituũ cõ-
ſuetudines adolere incenſum ſuper altare Thymiamatis te-
mere pręſumpſiſſet:repentina dei vltione,lepra perfuſus eſt:
confeſtimq; a ſacerdotibus templo egredi iuſſus: iuſtas q̃diu
vixit,temeritatis pœnas luit.Obiitq; leproſus:cum regnaſſet
annis duobus ſupra quinquaginta.

De Ioathan Rege. Cap.LII.

Ozię defuncto,filius eius Ioathan ſuffectus:paternũ re-
gnum ſuſcepit,qui recte in oculis dei incedens, eiuſq; ii.Parali.
auxilio adiutus, Ammonitas in primis rebellantes de- xxvii.
uicit:ab eiſq; graue tributum ſingulis annis exegit. Vrbes
in montibus Iudęę,nonnullas ędificauit.In ſaltibus quoq;,ca
ſtella ac turres extruxit.Multaq; fauẽtis fortunę proſperitate
vſ⁹ cõpletis ĩ regno ſexdecĩ ãnis cũ patrib⁹ ſuis obdormiuit.

De Achas Rege. Cap.LIII.

Pio patri & integerrimo dei patrum ſuorum cultori: diſ-
ſimillimus ſucceſſit fili⁹ Achas. Qui mox in nefandum ii. Parali.
idolorum cultum, deuolut⁹:in cũctis regni ſui vrbib⁹, xxviii.
aras variis gentium idolis conſtructas dicauit. Lucos plan-
tauit.In collibus & ſub omni ligno frondoſo:idolis ſacrificia

exhibuit. Filios quoq; ſuos ariolorum more, per ignem luſtra uit: & iuxta vicinarum nationum ritum ambulans: præ omi bus qui ante eum fuerant regibus inique Deum patrum ſuo rum non reueritus egit. Quamobrem derelictus a Deo, in ma nibus hoſtium ſuorum cẽtena de ſuis milia a Phacea filio Ro meliç rege Iſrael vna die cæſa amiſit. Alia quoq; ducẽta milia mulierum & paruulorũ cũ Iſraelitç capta in Samariã perdu cere conarẽtur: ſuadente Obed propheta, erga fratres ſuos in miſericordiã verſi, ſingulos domũ remiſerũt. Phyliſtçi quoq; & Idumçi, cũ ob malitiam regis Achas: permittente Deo, Iu dços graui clade affeciſſent: eorum q̃plurimas vrbes ceperũt. Et cum nudatus omni diuino humanoq; auxilio Achas, nul lis hoſtium reſiſtere ſufficeret: quinimmo diis Damaſci percuſ ſoribus ſuis, velut eos placaturus immolaret: didicit inuitus, q̃ perniciosum ſit, Dei veri amicitiam ſpernere: & eius honori dæmoniorum cultum præferre. Regnauit vero in Hieruſa lem ſexdecim annis.

De Ezechia optimo rege. Cap. LIIII.

ii. Parali po. xxix. MElior patre ſurrexit Ezechias: q vn⁹ ex optimis regib⁹ Iuda: ſyncero & pfecto corde corã Deo ambulauit. Tẽ pli valuas ĩ initio regni ſui aperuit. Cõgregatiſq; ſacer dotibus & Leuitis: templũ ab eis mundari & innumeras pene hoſtias Deum placaturus immolari præcepit. Phaſe celebra uit: quod a diebus Salomonis, vel regum incuria, vel impieta te & contemptu fuerat intermiſſum. Sennacherib Aſſyriorũ regem, a quo in Hieruſalem arcta nimis obſidiõe cingebatur: ſola oratione deuicit: interfectis noctu ab angelo in caſtris ei⁹ quæ circa Hieroſolymam tetenderat, millibus hominum cen tenis & octogintaquinq;. Et cum poſtremo grauiſſimi vlceris ii. Parali po. xxxii. tumore vſq; ad mortem ægrotaſſet: morteq; diuinitus illi per Eſaiam prophetam prænunciata, domui ſuæ q̃citiſſime pro uidere iuberetur: ſtãs in lectulo ſuo nequaq̃ vt rex Aſa, in me dicorum arte confiſus eſt: ſed toto corde ad ſacræ orationis

prȩſidium confugiens: cũ grauiter ad deum fuſis lachrymis ingemuiſſet, exaudit⁹ eſt a deo. a quo vitȩ protelationem imminentiſq; mortis dilationem: in quĩdecim annos breuiſſima prece impetrauit. Dedit inſuper illi, deus recuperandȩ valitudinis ſignũ: toti orbi ammirandum. Nã flexus deus oratione Eſaiȩ prophetȩ: orbem ſolis, qui iã ſup horizõtis hemiſphȩriũ decem horarum ſpatia, naturali motu confecerat: retrograda latione vſq; in punctum orientis reduxit. Qui rurſum ab orientis puncto, ſueta latione per meridiem in occaſum reflexus: eam diem cȩteris triplo longiorem, mirantibus cunctis & tãti portenti cauſam ignorantibus effecit. Hȩc vbi Enilmaradach⁹ rex Babylonis, propter Ezechiam eueniſſe perdidicit: mox Ezechiȩ regi, ſeſe abſq; pugna ſubiecit: legatoſq; ad eum cum muneribus & libris tranſmiſit. Hic Ezechias vnus e tribus eſt: quos eccleſiaſtic⁹ liber, capite quadrageſimonono: ex omni iudaicorum regũ catalogo, a peccato legitur exemiſſe. Prȩter enim inquit Dauid, Ezechiam, & Ioſiam: omnes reges peccauerunt. Nam tranſgreſſi ſunt legẽ altiſſimi, reges Iuda: & contempſerunt timorem dei. Id autẽ non de communibus hominum peccatis, quȩ vel nulli, vel perq̃ pauci vitare ualuerunt. ſed de idolorum cultu, hi qui ſacrȩ ſcripturȩ expoſitionem texuerunt: intelligendum eſſe voluere. Regnauit autem in Hieruſalem, Ezechias, annis vigintinouem.

De Manaſſe Rege. Cap. LV.

Ezechiam, ſequutus eſt filius eius Manaſſes. Qui cito a paterna bonitate & veri dei cultu degenerans: idolis altaria dicauit; ſomnia obſeruauit: maleficis artib⁹ inſeruiuit. Sectat⁹ eſt auguria: lucos plantauit. Altaria, non modo extra Hieruſalem: ſed ẽt in ipſo domini tẽplo, extrui prȩcepit. vniuerſȩ coeli militiȩ libauit. Idolũ quoq; luci & abominandũ deo ſculptile: in tẽplo dñi collocauit. Inſup & innoxiũ ſanguinẽ multũ nimis fudit. Donec vſq; ad os, Hieruſalẽ ĩnocẽtum cruore madẽs ĩpleret. Propter hȩc & alia id generis peccata;

ii. Parali. xxxiii.

cum vindex dei ira, non ab re in eum deferbuiſſet: a principibus regis Aſſyriorũ obſideri & capi permiſſus eſt. A qbus in Babylonem perductus, & cathenarum onere preſſus, in carcerem quoq; coniect⁹: ſero pręteritorũ reatuũ memor ĩgemuit: ſeq; iuſtiſſimas, ſpretę diuinę amicitię, exoluere pœnas agnouit. Et cum non tam pręteritarũ offenſionũ memor, q̃ diuinę non immemor clementię: totus (& ſi in carceris ſquallore cõſiſtens) ad ſacrę orationis pręſidiũ cõfugiſſet: & ex intima pręcordiorũ abyſſo, intẽſiſſimas ad deũ patrũ ſuorum, preces cũ lachrymis fudiſſet: non modo delictorũ omniũ veniam impetrauit: ſed & diuinã miſerationem, humanę infirmitatis non neſciam: in ſui liberationem citiſſime inflexit. Igiť a rege Babylonis, in Hieruſalem remiſſus: vbi ſe in regno vt prius reſtitutũ cognouit: mox vniuerſa quib⁹ deũ offenderat, male acta omni ſollicitudine corrigere ſtuduit. Deos alienos abſtulit. Simulachra de tẽplo domini eiecit. Aras eorũ & altaria deſtruxit. Lucos ſuccidit. Altare domini inſtaurauit. Et cũ hoc pacto oĩa in melius ĩmutaſſet: tandẽ in pace quieuit. ſepultuſq; eſt ĩ domo ſua: expletis ĩ regno annis qnq; ſupra qnquagita.

De Amon Rege. Cap. LVI.

ii. Parali. xxxiii.

DEfuncto Manaſſe, filius eius Amon: paternũ obtinuit regnũ. Hic non recto & ſimplici corde, corã deo patrũ ſuorum incedens: patrem Manaſſem, q̃ auum Ezechiã maluit imitari. Mox enim in impietatem & cultum idolorũ deuolutus: vniuerſis diis, quibus ſtatuas pater eius Manaſſes dicauerat, omni ſtudio immolauit. Inſuper & ea quę pœnitentia ductus Manaſſes abſtulerat, reponi: & quę dirui iuſſerat, reſarciri atq; inſtaurari curauit. Quinimmo euadẽs in fine, patre deterior: non eſt reueritus faciẽ dei ſui, nec pœnitentiã egit: ſicut egerat Manaſſes pater ei⁹, nec delictorũ veniã a deo poſtulauit. Cũ igiť diuini numinis iram aſſidue prouocaret: breui tpis ſpatio concitatę ſpręq; maieſtatis vĩdictã, in ſemetipſo expertus eſt, vt q iuſta dei vltiõe, in domo ſua, cõſpiratiõe

ſuorũ cęſus duob⁹ tantũ annis regni diadema tulit. Iudęi autē eos q̄ ī regē man⁹ extēdiſſēt, occiderũt: eorũ tñ filios, iuxta legis dictamen, illęſos abire permiſerunt.

De Ioſia Regũ optimo. Cap.LVII.

CAeſo rege Amon, regni diadema oĩm Iudęorũ cõſenſu filius ei⁹ Ioſias ſuſcepit. Hic optimus regũ: reſidu⁹ e tribus eſt, quos antea p̄monuim⁹, iuxta eccl'iaſtici libri narrationē: eximi a nota peccati id ē a nephādo idolorũ cultu immunes īſōtesq; deſcribi. Ambulauit em̄ corā deo, ī cũctis viis Dauid patris ſui. Nec puncto q̄dē ab eis, vel ad dexterā vl'ad ſiniſtrā: mētis habenas inflexit. Hieroſolymā & cunctas regni ſui ciuitates: necnõ & Samaritanorũ etiā cõplures: a cũctis īmũditiis & ſordib⁹ idolorũ, adhuc ętate tenellus: ſollicite emũdari & expiari p̄cepit. Altaria eorũ ī primis p̄phanata deſtruxit. Lucos ſuccidit. Sculptilia & cũcta ſimulachra confregit, atq; in puluerē cõminuit. Prophanorũ & initiatorũ idolis ſacerdotũ oſſa: in eorũ altarib⁹ cõbuſſit. Phaſe a dieb⁹ Ezechię regis intermiſſũ: ampliſſimis īpēſis celebrauit. Librũ legis dñi, in tēplo reptũ corā oĩ pp'lo in ei⁹ eruditionē recitari curauit. Tēpli quoq; ruinas inſtaurauit. Et cũ hoc pacto oĩa quę grata & placētia deo eſſe cognouerat, diligēter īplere & exequutioni demādare ſtuduiſſet: ad extremũ in bellũ, aduerſũ Nechaonē regem Aegypti (quē Herodotus Nechum appellat) præter dei voluntatē perrexit. Ibiq; graui vulnere a ſagittariis acceptus: cũ pene exanimis, cõfeſtim eximi ſe p̄lio & in Hieruſalē reduci imperaſſet: breui ſupremum diem clauſit. Sepultuſq; eſt in mauſoleo patrum ſuorũ: cum, annis vno ſupra triginta regni adminiſtrationi prefuiſſet. Hunc vniuerſi Iudęi prę oĩbus regibus luxerunt: maxime Hieremias. Cuius omnes cantatores atq; cantatrices lugubria lamentationũ cantica: ſuper Ioſiam (cui⁹ memoria, iuxta eloquiũ in cõpoſitione ſuauiſſimi vnguēti) replicare didicerũt. Idq; prę aſſiduitate & conſuetudine, vim quadam legis in Iſrael obtinuit.

ii. Parali. xxxiiii.

ii. Parali. xxxv.

De Ioacham Rege. Cap.LVIII.

ii.Parali-
po.xxxvi

POſt cædem dilecti a Deo & hominib⁹ Ioſię:regnauit Ioa cham filius eius menſibus tãtum tribus in Hieruſalem. Quem cũ Nechao rex Aegypti caſo Ioſia:in Hieruſalẽ cum exercitu profectus cepiſſet:vinctum in Aegyptum perduxit:conſtituitq; Eliachim fratrem eius loco ipſius regem: quẽ etiam mutato nomine,Ioachim appellauit:indixitq; mulctam Iudæis:centum talenta argenti,& talentum auri.

De Eliachim ſiue Ioachim rege. Cap.LIX.

ii.Parali-
po.xxxvi

IOacham filio Ioſiæ a Nechaone capto,atq; in Aegyptum perducto:frater eius Eliachim Iudæorum regnum iubente Nechaone ſuſcepit:a quo etiam Ioachim,verſo nomine dictus eſt.Hic non reueritus faciem Dei patrum ſuorum:haud ſyncere & recte corã eo ambulauit. Grauiſſima a populo ſuo tributa exegit,vt indictam a Nechaone mulctam perſolueret. Clades plurimas a latrunculis Chaldęorum,Syrorum,Moabitarum,& Ammonitarũ in vltionem malorum quę egerat per peſſus eſt.Demũ victus a Nabuchodonoſore rege Babylonis: factuſq; illi tributarius:cum poſt triennium pacta illi tributa pendere & exoluere recuſaret:miſſo iterũ in Hieruſalẽ Chaldæorum exercitu,captus vinctuſq; in Babylonem perductus eſt:cum quo & precioſa ac ſpecioſiſſima templi vaſa,Chaldæi in Babylonem tranſtulerũt:eaq; in templo Beli dei ſui ſtatuerunt.Dormiuit aũt Ioachim cum patrib⁹ ſuis:qui priuſq̃ caperetur,annis vndecim Hieroſolymitano regno præfuerat.

De Ioachin filio Ioachim rege. Cap.LX.

ii.Parali-
po.xxxvi

EXacto Ioachim patre:filius eius Ioachin paterni regni hęres paruo tempore(Nam tribus menſibus ac decem diebus)effectus eſt.Hic etſi paucorum menſium ac dierum rex:malum tamen in oculis domini Dei ſui egit:nec erubuit faciem Hieremiæ prophetę:ad ſe ex ore Dei loquentis:& quæ mala erant,omittere:quę vero bona,agere ſuadẽtis. Hũc Nabuchodonoſor rex Babylonis,miſſo ĩ Hieruſalẽ excercitu,

cepit:vinctumq; cũ Babylonem perduxiſſet,carceri intruſit. Reſidua quoq; dominici tẽpli vaſa,quæ fecerat Rex Salomon, aſportari cum eo in Babylonẽ iuſſit:necnon & vniuerſos principes,omneq; robur excercitus,& cunctos populi artifices captiuos in Babylonem cum rege ſuo duci imperauit. Mathathiam vero patruum Ioachin,fratrem Ioachã,filium Ioſiæ,ad iuratum in primis ſeruandæ fidei,loco eius,Iudęorum regno præfecit:eiq; nomen Sedechiam immutauit. Igitur cum Ioachin annos triginta in carceris ſquallore captiuus egiſſet:tãdem ab Enilmaradacho rege Babylonis e carcere ſolut9,& ſuper thronum captiuorum regum eleuatus,regiæ quoq; mẽſę factus conuiua,liber & regis amicus,in Babylone conſenuit.

De Mathathia ſiue Sedechia poſtremo Iudæorum rege. Cap.LXI.

Abducto in Babylonis tranſmigrationem Ioachin rege: cum vniuerſis principibus & fortiſſimis quibuſq; bellatoribus:necnõ & peritiſſimis artificib9: Nabuchodonoſor Rex Babylonis,Mathathiam patruum eius filium Ioſiæ: in regem Iudæis præfecit,quem & Sedechiam appellauit.Hic cum ſe in regni ſolio confirmatum videret:& Chaldæorũ excercitum Iudęa deſerta,in Babylonem remeaſſe:mox in ſui & Iudæorũ exitiũ,præſtitam Nabuchodonoſori cũ iuramento fidẽ infregit:in eũq; rebellare & arma ſumere,Iudęis ꝑſuaſit. Quẽ Nabuchodonoſor certiſſimis vbi nũciis ab ſe deſciuiſſe perdidicit:reuerſus in Iudæã cũ omni excercitu Chaldæorũ: Sedechiam in Hieruſalem arctiſſima obſidione concluſit:cũq; ad extremam vſq; famis perniciem,eius habitatores toto biennio adegiſſet:tandẽ interrupto nocte ciuitatis muro,eam cepit.Fugientẽq; noctu Sedechiã,Chaldęi in Hierichontina planitie aſſecuti:ad regẽ ſuũ Nabuchodonoſorẽ perduxerunt:q poſtq̃ eundẽ peieratæ fidei dure increpuit:mox eius filios eo ſpectante iugulari:& ſubinde eius oculos erui mãdauit: vinctũq; ſecũ in Babylonẽ perduxit.Hieroſolymã quoq; dirui &

ii.Paralipo.xxxvi

ſolo æquari præcepit: Templũ etiã toto orbe celeberrimũ incendi: populum in captiuitatem abduci: omnem deniq; ſacrã templi ſupellectilem in Babylonem transferri. Regnauit autem Sedechias regum e domo & familia Dauid poſtremus, annis vndecim in Hieruſalem.

Supputatio annorum primæ partis quinti interualli.
Caput.LXII.

VBi Hieroſolymitanorum regum geſta & annos, quib9 ſinguli ſibi inuicem ſuccedentes regnauerunt: iuxta ſacræ ſcripturę intemeratam fidem recenſuimus: certam ex eis & indubitatam ſupputationem annorum primæ partis quinti interualli depromemus: eorum ſcilicet qui ab Dauitici regni initio vſq; ad ciuitatis Hieroſolymæ excidium, templi deflagrationem, & populi tranſmigrationem præteriere: quã doquidẽ vt antea in ſingulis regibus edocuimus: ſacer textus vniuſcuiuſq; Hieroſolymitani regis annos: quotquot ſinguli regno pręfuere, nequaq̃ ſupprimere videatur: vt etiam ſequẽtis tabulæ digeſta per ordinem ſuperficies oſtendit.

Deſcriptio Iudaicorum regum: cum annis quibus ſinguli regnauerunt.

Dauid regnauit	Annis	40
Salomon	Annis	40
Roboam	Annis	17
Abia	Annis	3
Aſa	Annis	41
Ioſaphat	Annis	25
Ioram	Annis	8
Athalia	Annis	7
Ochozias	Annis	1
Ioas	Annis	40
Amaſias	Annis	29
Ozias	Annis	52
Ioathan	Annis	16

Achas	Annis	16
Ezechias	Annis	29
Manaſſes	Annis	55
Amon	Annis	2
Ioſias	Annis	31
Ioacham	Menſibus	tribus
Ioachim	Annis	11
Ioachin	Menſibus	tribus
Sedechias	Annis	11
A Dauid ad excidium templi		474
Ab origine mundi ad excidium templi		3565

Conſtat igitur ex præſentis tabulæ ſuperficie: primam partem quinti temporum interualli: quæ a Dauitici regni initio per ſuccedentium regum ſeriem, vſq; ad templi excidium numeratur: annos habere quadringentos ſeptuagenos & quattuor, cum menſibus bis tribus. Nunc vero ſecunda quinti interualli portio: a nobis eſt pari ſacrorum eloquiorum authoritate veſtiganda.

De reſidua parte quinti temporum interualli: a tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum. Caput. LXIII.

VT autem integra totius quintę temporum ætatis cõſletur annorum ſumma: ſupereſt reſidua ac poſtrema eius portio, ex diuinorum eloquiorum fonte a nobis veſtigãda: quę ab Hieroſolymitani tẽpli excidio & Iudaici populi in Babylonem tranſmigratione, vſq; ad Chriſti totius vitæ authoris natiuitatem numeratur: cum tamen hæc tanto priore ſui parte ob populi captiuitatem, & longam regum intermiſſionem ignotior incertiorq; fit: quãto nullus ſacræ ſcripturæ paſſus, eius annos palam euidenterq; nobis exponere & ſupputare videatur.

Vnus prę omnibus eſt Danielis prophetę liber: qui ſub my-

ſtico hebdomadarum numero,eiuſce quam quęrimus,quin-
Danielis ti interualli portionem metiri iudicetur. Huius igitur rei
ix. gratia:eam verborum ſeriem referemus, quę capite nono,ad
propoſitam annorum ſummam ſpectare videntur. Ait enim
Ego Daniel intellexi in libris,numerũ annorũ de quo fact⁹ eſt
ſermo domini ad Hieremiã prophetã:vt cõplerentur deſola-
tionis Hieruſalem,ſeptuaginta anni.Et rurſum in fine capi-
tis eiuſdẽ:ſcito & animaduerte ab exitu ſermonis,vt iterũ ędi
ficetur Hieruſalem,vſq; ad Chriſtum ducem,hebdomades ſe
ptem.Et hebdomades ſeptuagintaduę erunt.Et poſt hebdo-
mades ſexagintaduas,occidetur Chriſt⁹.Et non erit eius po-
pulus,qui eũ negaturus eſt.Et ciuitatem & ſanctuariũ, diſſi-
pabit populus cum duce venturo.Et finis ei⁹ vaſtitas: & poſt
finem belli, ſtatuta deſolatio. Ex hoc Danielis paſſu, a pri-
mo templi incendio ſub Chaldęis,vſq; ad ſecũdũ eius excidi-
um,a Romanis illatum:hoc pacto petitus annorũ numerus,
eſt colligendus.A prima templi deſolatione, vſq; ad eius ſub
duce Zorobabel inſtaurationem:decem hebdomades id eſt an
ni ſeptuageni numerantur.Decies enim ſeptem:ſepuagenari
um numerum procreant ac gignunt. Et cum iuxta pdictio-
nem veridici eloquii:anno primo & vigeſimo deſolationis tẽ-
pli, angelus huius prophetiæ ſeriem ſuggereret Danieli: ſu-
pereſſentq; adhuc quadraginta & nouem anni vſq; ad futu-
ram templi inſtaurationem:ideo dixit.Scito & vide ab exitu
ſermonis,id eſt a tempore pręſenti,quo tecũ loquor: qui erat
primus & vigeſimus tranſmigrationis annus: vt iterum ędi
ficetur Hieruſalem,vſq; ad Chriſtum ducem,hebdomades ſe
ptem id eſt anni quadraginta nouem.Qui cum vno & vigin
ti annis,ſumpti:numerum decem hebdomadarum,id eſt ſe-
ptuaginta annorum ſummã cõflant.Et cũ iterũ ſubiungit,&
hebdomades ſeptuagitaduę erũt : ĩtellige ab ĩſtauratiõe tem
pli,q̃ facta ẽ ſub duce Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech ſacerdo
te magno, vſq; ad iteratam ei⁹ ſubuerſionem, ſub Veſpaſia-

ſiano & Tito ducibus Romanorum:quæ ſecundum nonnullos contigit ſecundo & quadrageſimo anno ab immolatione agni,id eſt Chriſti Saluatoris.Sunt autē hebdomades ſeptuagintaduæ:anni quingenti & quattuor.

Deinde cū addit:Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus.demit a priore ſeptuagintaduarū hebdomadarū numero hebdomades decē,id eſt annos ſeptuagenos,q numerandi ſunt nō ſolū a paſſione & īmolatione Chriſti:ſed illico ab eius natiuitate vſq ad ſecūdū tēpli & ciuitatis excidiū, ſub Veſpaſiano & Tito.Nā pene ī reſiduarū hmōi decē hebdomadarū dimidio.i.ī āno tertio ac trigeſimo occiſus ē Chriſt⁹. A cuius paſſione vſq ad ſupremum templi incendiū:anni vt diximus ſecundum nonnullos,duo & quadraginta tranſiere. Quamobrem iuxta Danielis vaticiniū:præſentis quinti interualli pars reſidua quā veſtigamus,a primo ſcilicet tēpli excidio,ad Chriſti ſaluatoris natiuitatē:duas & ſeptuaginta hebdomadas cōphēdit.i.annorū ſummā qngētorū & quattuor. Cum enī dicit prophetia:Et poſt hebdomadas ſexagintaduas occidetur Chriſtus:id intelligendum non eſt illico impleri debuiſſe poſt finem hebdomadarum ſexagintaduarum:ſed aliquanto tempore poſt:vt fere in medio decē hebdomadarum, quæ reſiduæ ſuperant e ſeptuagintaduabus hebdomadibus: quas numerauit angelus elapſuras:inter inſtaurationē tēpli ſub Zorobabel,& ſecūdū ei⁹ excidiū ſub Veſpaſiano ac Tito. A primo nanq templi excidio ſub Chaldæis,vſq ad eius inſtaurationem:decem hebdomades fluxere,id eſt anni ſeptuageni. Ab inſtauratione vero templi vſq ad Chriſti natiuitatem:ſexaginta duæ hebdomades a propheta numeranť,id eſt anni quadringenti trigintaquattuor: cum rurſum a Chriſti natiuitate ad ſecundam templi deflagrationem:iterum decē hebdomades ſupputenť:quas Chriſti paſſio & ſacra eius pro nobis immolatio:fere medias diſpartiri viſa eſt.Et hæc omnia ex præſenti tabula facilius legentur.

A primo templi excidio ad eius inſtaurationem,anni 70
A templi inſtauratione ad Chriſti natiuitatem,anni 434
A primo templi excidio ad Chriſti natiuitatem,anni 504
A Dauitico regno ad Chriſti natiuitatem,anni 978
Ab origine mundi ad Chriſti natiuitatem,anni 4069

Concludimus igitur,quantum noſtrę ſupputationi ac numerationi ſacræ ſcripturæ textus ſuppetias afferre videtur:vniuerſum quinti temporũ interualli ſpatium annos habere nongentos ſeptuagenos & vnum:qui omnes ab initio Dauitici regni:vſq; ad Chriſti regum regis, & omnium ſaluatoris natiuitatem pertranſiere.

De trino ſtatu Iſraelitarum in quinto temporum interuallo. Cap.LXIIII.

HVius totius quinti temporũ interualli,quam ſuperius mẽſi ſumus ætatẽ:Iſraeliticus populus,nequaq̃ ſub paribus eiuſdẽq; dignitatis & officii rectoribus trãſegit. Sed primum quidem ſub regibus,a Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis vixit.Deinde tranſlata in Chaldæos regni poteſtate:moderamini ſummorum pontificum ſeu principũ ſacerdotum,aliquãdiu ceruices ſubmiſit:vſq; ad Ariſtobolum primum,Ioannis Simonis filium:qui dominandi libidinẽ ſuperbiens:primus poſt populi in Iudęam remigrationem: ſeipſum regni diademate inſigniuit:& clarius exiſtimans regis q̃ ſummi ſacerdotis nomen:regem ſe,q̃ pontificem,aut q̃ ſacerdotum principem maluit appellari.Effectum eſt igitur, vt ſub vniuerſa quinti temporũ interualli ſerie,Iſraeliticę rei publicæ ſtatus:trinã ſui ĩmutationẽ acceperit:vt q primũ regũ dño paruerunt:deinde ſub moderamine principũ ſacerdotũ vixerũt:poſtremo iterũ ſub regũ imperia redierũt.Quorũ nõnulli cum regia dignitate,etiã ſummũ ſacerdotiũ tenuere. Alii vero ſolo diademate & regio honore contenti:ſummi ſacerdotii functionem fratribus aut amicis remiſere.

Ariſtobol⁹ rex.

A quibus ſummi ſacerdotii dignitas ſit in.

regnum permutata. Cap.LXV.

A Tranſmigratione Babylonis vſq; ad Ariſtobolũ,q primus poſt Hieroſolymitani templi inſtaurationem,regium nomen vſurpauit:floruerunt principes ſacerdotũ cõplures:quorũ memoriã & geſta ad pſens ſilẽtio pterim⁹. Sed cũ tãdẽ eo dñandi libido ĩ deteri⁹ pfeciſſet:vt peſtilẽtes qdã Iaſon,Menelaus,& Alchim⁹,de ſũmi ſacerdotii pricipatu varias inter ſe contentiones agitarent:populuſq; plurimis cladib⁹ p inteſtinas eorũ diſcordias quateref:Aſamonei,vt tãtis malis obſiſterẽt:arma ſumere coacti:reſtituta ĩ primis patriæ libertate ſũmũ ſacerdotiũ:iudicio & plauſu toti⁹ ppl'i inierũt. Horum prim⁹ Mathathias e genere ſacerdotali:zelo dei tuẽdæq; libertatis accenſus:in Antiochũ cognomento nobilẽ Syriæ regem,Iudęos arma ſumere & rebellare perſuaſit:quo defuncto:Iudas filius eius q Machabeus dictus eſt:vt patris imitatione populi ſui libertatẽ,iura,& leges tueref:arma reſumpſit:crebriſq; victoriis poſtq̃ inſignis & hoſtibus formidãdus euaſit:ſtrenue tãdẽ in bello pugnãs occubuit. Huic ſucceſſit Ionathas frater eius:q nõ inferiorẽ militię laudẽ in paternarũ legũ defenſione aſſequut⁹:ad extremũ Tryphonis fraude,captus ac cæſus eſt.Ionatham ſequutus eſt Simon frater amborũ:vir ſane & maturitate cõſilii & pręliorũ magnitudine præſignis:quem poſt delatam eidẽ ab vniuerſo populo ſummi ſacerdotii dignitatẽ:Ptolemęus quidã Abobi filius eius gener, fraude in conuiuio peremit.Simoni ſummo ſacerdoti ac principi Iudæorum:ſucceſſit filius eius Ioannes: cui a bellis quæ geſſit:Hircani cognomentum indiderunt.Poſt hunc Ariſtobolus filius inito Iudæorũ principatu ſummiq; ſacerdotii honore:prim⁹ ſeipſum regni diademate inſigniuit:& ſummi ſacerdotii dignitatem in regni faſtum ac potentiam conuertit. Ab hoc igiẽ primo Ariſtobolo vſq; ad Chriſti natiuitatẽ:commutato Iudęorũ ſtatu e ſacerdotio ĩ regnũ:ſex illis regio nomine præfuere.Primus hic Ariſtobolus de quo iam mẽtionẽ

i. Machabęo.ii.

Iudas.

Ionathas

Simon.

Ioannes Hircan⁹.

Ariſtobolus.

exegimus. Deinde Alexander, qui & Iamneus dictus eſt. Poſtea Alexandra vxor Alexandri. Deinde Hircanus Alexãdri filius, natu maior. quo deiecto: Ariſtobolus frater eius, regnum inuaſit. Qui poſtea captus a Põpeio magno & Romã in triũphũ perductus: fratri Hircano regũ inuitus reliquit. Poſtmodũ vero hoc Hircano a Parthis capto, Antigon⁹ Ariſtoboli filius, regnũ vſurpauit. Quo a romanis deiecto, Iudęorũ regnũ

Herodes aſtipulãtibus Romanis ſuſcepit Herodes Idumęus. Sub quo Chriſt⁹ Saluator, ę paupercula quidem, ſed regię dauiticę ſtirpis virgine: ĩ Bethleem ciuitate Dauid, naſci dignatus: impium Regẽ ſua natiuitate perterruit: & in infantium cędem, ne ab cœleſti infante: regno priuaretur armauit.

De Sexto Temporũ interuallo, a regeneratione ſiue natiuitate Chriſti, vſq; ad conciliationem vtriuſq; teſtamenti. Cap. LXVI.

EXegimus totius veteris teſtamẽti ſeriẽ: quę tria tẽporũ interualla cõplexa eſt: ſumẽs quidẽ originẽ atq; initiũ a vocatione fidelis Abrahę, vel a ſigno circũciſionis: qđ diuina ſanctione in ſua carne ſuſcepit: & percurrens vſq; ad natiuitatẽ Chriſti: per quẽ, de⁹ quę dudũ Abrahę ꝓmiſerat, in nouiſſimis tpib⁹, veridic⁹ ĩpleuit. Nũc vero ſuccedit noui teſtamenti curſus. Qui licet vnicũ ac ſimplex, cõplectat̃ temporũ ĩteruallũ: extremorũ tñ ſuorũ diſſonantiã habet. Quãdoquidẽ eius principiũ, id eſt Chriſti ſecũdũ carnẽ natiuitas, notiſſimũ nobis eſt. Finis vero quæ eſt vtriuſq; teſtamenti cõciliatio: cũctis mortalib⁹ ignot⁹. Neminẽ eñ fideliũ Chriſtianorum, latet ſacrę & intemeratę virginis partus. Per quẽ in hui⁹ mundi tenebras Chriſtus Saluator, illuſtriſſimus totius iuſtitię ſol: ſeſe angelis lętantibus infudit. q̃q̃ eidem: perfidi infideleſq; Iudęi: hactenus ore temerario aduerſari conẽtur. Cęterũ qñ futura ſit vtriuſq; teſtamenti conciliatio, vel Hebręorũ ad deũ patrũ ſuorũ, quẽ in carne habitantem negauerunt cõuerſio: id nec in Chriſtianorũ, nec in Iudęorũ cuiuſq̃ bre-

uiſſimũ captũ:ſed in ſolius dei latiſſimã & inſcrutabilem ſciẽtiã cadit.vt qui hęc momenta:neq; coeleſtib⁹ angelis,neq; vllis mortaliũ hominum patefecit:ſed in ſua ſolius poteſtate arcana:& omni creaturę illibata ſeruauit.

De vniformitate ſexti tẽporũ iterualli:ſub ſũmorũ põtificũ & ſeculariũ Imperatorum moderamine. Cap.LXVII.

VEteris naturam ac ſeriem teſtamẽti: q̃ ab Abrahę aut vocatione aut circũciſione,vſq; ad Chriſti natiuitatẽ cucurrit:varia vt docuimus Principum moderatio,ſacra in lege cohibuit,ſubiectãq; illi,Iſraeliticã plebem:ad diuini cultus vnitatẽ,ſapienter ac ꝓuide ſubnexit. Nam in initio ab Abraham vſq; ad Moyſem:ſub patriarcharũ inſtitutione, dei ſui memores Hebręi vixerunt. Exinde ſub piorum iudicũ ferula:a Moyſe,vſq; ad Dauiticũ regnũ diuino ſe cultui deuouerunt. Poſtea vero regię dominationi:a Dauid,vſq; ad primũ templi excidiũ paruerunt.Deinde e tranſmigratione & captiuitate Babylonis:ſub Cyro Perſarũ rege,in terrã patrũ ſuorũ reuerſis:ſummi Sacerdotes,vſq; ad Ariſtobolũ primum pręfuerũt.Poſtremo vero ab Ariſtobolo primo, vſq; ad ſecundũ Hieroſolymitanę vrbis excidiũ:iterũ Regum imperia ſubierũt.At vero noui pręſentiſq; teſtamenti ętas:qua ſub Chriſti vexillis,iis qui per ſacrũ regeneratiõis lauacrũ Chriſtiani vocãt: aduerſũ inuiſibiles hui⁹ mũdi poteſtates, aſſidua colluctatio eſt: nequaq̃ tantis rectorũ viciſſitudinibus ſubiacuit.vtpote q̃ ab initio ſui,id ẽ a Chriſti natiuitate,vſq; in pſentẽ diẽ:pte ſui vtraq;,ſub vtriuſq; iuris adminiſtratione:pari ac penit⁹ vniformi moderamini ſubeſt. Nã ſclariũ legũ totiuſq; mũdialis iuſtitię adminiſtratiõi:auguſta ĩpatorũ maieſtas pficit.Eccliaſtici vero ordĩs ſacerdotaliſve fũctiõis,idulta diuinit⁹ hoĩb⁹ iura,rit⁹ ac leges:ii qui hodie ſacerdotũ primates ſũmiq; Põtifices vocãt:diuina diſpẽſatiõe tuẽt.Qui ẽt ſubiectã ſibi eccliam:ad Chriſti ſupremi pontificũ pontificis imitationem regendã & in deũ prouehendam ſuſceperunt.

Cyrus Perſarũ rex.

Voluit enim Christus,tanq̃ initium & ſubſtantia noui teſtamenti: eo maxime tempore in terris e virgine naſci:quo Romana reſpublica (quę a Daniele propheta, quarto animali cuncta deuoranti comparatur)ad faſtigium & apicem terrenę monarchię perducta,vniuerſo orbi imperabat: cum etiam nullis bellorum procellis,furens mũdus,ſibiipſi diſſentiebat: ſed placidę pacis ſilentium,omnia complẽs:nimirum Romana in vrbe antiquiſſimum Iani templum occludi ex lege iuſſerat. Tunc enim regem regum,ęternę pacis & vitæ authorem: medię noctis conticinio,in Bethleem ciuitate Dauid, iuxta veridica prophetarum vaticinia naſcentem,orbis ouãs ſuſcepit.Cuius etiam natiuitatem, ab exultantibus angelis, & ſacrum lętitię melos concinentibus:vigilantes ea nocte paſtores didicerunt.Noua quoq; & inuſitatę claritatis ſtella,orta viſaq; in ſublimi:magos in ſui admirationem conuertit,& ad adorandum nouellum regem ab oriẽte profectos:cum muneribus inuitauit. Romæ quoq; ea die,qua cęleſtis infans in Bethleem naſci voluit: fons olei,e meritoria taberna ſcaturiens,tota ea die cunctis mirantibus defluxit in Tyberim.Templum etiam cuius pro foribus litteris aureis inſcriptum erat Pacis perpetuę:nullo viſibiliter diruente funditus corruit:vt q̃d ex priſco oraculo,ſtare & perſeuerare debuerat:quoaduſq; virgo peperiſſet.

Prodigia in Natiuitate Chriſti.

Catalogus Romanorum Imperatorum:cum annis quibus ſinguli regnauerunt.

QVia vero prędiximus totius veteris teſtamẽti ſeriem, ab initio ſui vſq; in pręſens:ſeorſum ſub vtriuſq; iuris adminiſtratione pares eiuſdẽq; officii rectores habuiſſe:quorũ q ſecularia iura tutati ſunt, ĩpatorũ nomẽ obtenũt: qui vero ſacris eccliaſticiſq; legib⁹ p̃fuerũt,ſũmorũ pontificũ appellatione cẽſent: Ideo non p̃ter rationẽ duxim⁹,vtrorunq; Chriſtianę totius reipublicę moderatorũ catalogũ, pręſenti opuſculo ſigillatĩ inſerere; cũ annorũ annotatione: quib⁹ ſin-

guli in publici regiminis officio ſummiq; magiſtratꝰ dignitate vixerunt. Et q̄q̄ non omnium Romanorū Imperatorū vexilla, Chriſtianę militię ſeſe ſubdiderint: cuncti tamē imperatores, ęquo iure, ſecularium legum adminiſtrationi & obſeruationi mūdialis iuſtitię prefuiſſe leguntur.

Catalogus Romanorum Imperatorum.

Caius Iulius Cęſar Dictator cęſus, annis	4
Octauianus Auguſtus ſub quo Chriſtus natus, annis	54
Tyberius ſub quo Chriſtus paſſus, annis	23
Caius Caligula ſceleratiſſimus cęſus, annis	3
Claudius Caii patruus bonus ac pacificus, annis	14
Nero impiiſſimus Chriſtianorum perſecutor, annis	13
Galba inſidiis Othonis peremptus, menſibus	7
Otho ciuili Vitellii bello cęſus, menſibus	3
Vitellius crapulę monſtrum publice cęſus, menſibus	8
Veſpaſianus inclytus & bonus, annis	9
Titus militibus amabilis, annis	2
Domitianus Chriſtianorū perſecutor cęſus, annis	15
Nerua Hiſpanus iuſtitię cultor, anno	1
Traianus omnium humaniſſimus, annis	19
Hadrianus Hieroſolymę inſtaurator, annis	21
Antonius Pius Hadriani gener, annis	23
Marcus Antonius Verus ex optimis, annis	19
Cōmodus inſidiis ſuorū ſtrangulatus, annis	13
Pertinax militari tumultu interemptus, menſibus	7
Iulianus iuriſperitus a militibus cęſus, menſibus	7
Seuerus Pertinacis vltor crudelis, annis	18
Antoninus Caracalla fraude Macrini cęſus, annis	7
Macrinus a militibus peremptus, anno	1
Heliogabalus obſcœniſſimus cęſus, annis	4
Alexander Mammeę inſidiis Maximini cęſus, annis	14
Maximinus crudelis a militibus cęſus	3
Gordianus ſenex, & Gordianus puer, annis	6

Philippus cum filio Philippo Chriſtiani ambo cæſi, Annis	7
Decius tyrannus cum filio, ambo cæſi, annis	3
Gallus & Voluſianus ambo interempti, annis	2
Valerianus captus a Perſis, annis	15
Claudius Quintilius Gothicus morbo periit, annis	2
Aurelianus Byzantii occiſus,	5
Tacitus cum Floriano ambo occiſi, annis	6
Probus multis victoriis clarus, occiſus, annis	5
Carus Narbonenſis fulmine ictus, anno	1
Diocletianus cum Maximiano crudeliſſimi occiſi,	20
Galerius & Conſtantius ciuilium bellorum ſedatores,	2
Conſtantinus magnus a beato Syluestro baptizatus,	31
Conſtantinus & Conſtans ciuili bello cæſi, annis	24
Conſtantius hæreticus inopinata morte defunctus,	28
Iulianus apoſtata, a beato Mercurio occiſus,	8
Iouinianus catholicus & bonus, anno	1
Valentinianus deuotus, pacificus,	11
Valens cum Gratiano Arrianus impie defunctus,	4
Gratus cum Valentiano catholico,	6
Theodoſius religioſiſſimus & pacificus,	11
Arcadius Theodoſii filius, bonus & pacificus,	13
Honorius optimus & clemens,	15
Theodoſius ſecundus bonus & pacificus,	27
Martianus Conſtantinopoli interemptus,	7
Leo primus, bonus & catholicus, annis	17
Zeno Arrianus crudelis, annis	17
Anaſtaſius hæreticus, annis	26
Iuſtinus primus, catholicus, annis	9
Iuſtinianus excellens, annis	38
Iuſtinus in fine malus, annis	11
Tyberius vir ſanctus, annis	7
Mauritius cæſus a Phoca, annis	21
Phocas ab Heraclio cæſus, annis	8

Heraclius Perſarum victor,annis		31
Conſtantinus Heraclii filius,menſibus		7
Conſtantinus prioris frater,annis		27
Conſtantinus pręcedentis filius bonus,annis	∴	17
Iuſtinianus ſecundus inclytus,annis		10
Leo inuaſor imperii,annis		3
Tyberius hęreticorum fautor,annis	∴	3
Iuſtinianus prior reſtitutus,annis		6
Philippus hęreticus,menſibus	∴	18
Anaſtaſius catholicus,annis		3
Theodoſius tertius catholicus,annis		1
Leo hęreticus,annis	∴	25
Conſtantinus hęreticus,annis		35
Leo quartus iniquus,annis		5
Conſtantinus a matre exoculatus,annis		10
Nicephorus auariſſimus,annis	∴	9
Michael orthodoxus & bonus,annis		11
Carolus magnus Francorum rex,annis		14
Ludouicus pius,annis	∴	25
Lotharius eius filius,annis		13
Ludouicus Lotharii filius,annis		21
Carolus caluus inclytus,annis	∴	3
Carolus groſſus calui nepos,annis		12
Arnulphus pediculari morbo conſumptus,annis		12
Ludouicus ſub quo impiũ Germanis conceſſum,annis		3
Berengarius,annis		4
Conradus Ludouici prioris nepos,annis		7
Berengarius,annis		8
Henricus Saxonum dux,annis		18
Berengarius,annis		7
Lotharius,annis		2
Berengarius tyrannus,annis		11
Otho magnus eccleſię defenſor,annis		12

Otho fidelis & inclytus,annis	9
Otho fideliſſimus eccleſię defenſor,annis	18
Henricus ſecundum electionem primus,annis	22
Conradus dux Franconię,annis	20
Henricus tertius gener Conradi optimus,annis	17
Henricus quartus bellicoſiſſimus,annis	48
Henricus quintus eccleſię perſecutor,annis	15
Lotarius Saxo amator eccleſię,annis	11
Conradus inclytus eccleſię defenſor,annis	15
Fredericus primus,in flumine merſus,annis	33
Henricus ſextus Frederici filius,annis	8
Philippus prioris Henrici frater,annis	11
Otho ducis Saxonię filius,	2
Fredericus ſecundus excommunicat⁹ & imperio deiect⁹,	20
Henricus Lantgrauius	4
Alphonſus Rex Caſtellę contendens,annis	25
Richardus frater regis Anglię cõtendens,annis	
Rodolphus bellicoſus,annis	18
Adulphus in bello cęſus,annis	6
Albertus a nepote cęſus,annis	10
Henricus bellicoſus inuictus,annis	5
Ludouicus equi pręcipitio interemptus,annis	13
Carolus quartus Rex Bohemię prudẽtiſſimus,annis	31
Robertus dux Bauarię iuſtus & bonus,annis	9
Sigiſmundus rex Hungarię deuotiſſimus,annis	27
Albertus dux Auſtrię,annis	1
Fredericus tertius,annis	3
Maximilianus archidux Auſtrię,annis	26
Carolus quintus Rex Caſtellę pręſens,annis	

Catalogus ſummorũ Pontificũ ſub triplici differentia.

EXacto & enumerato a nobis Romanorũ imperatorum catalogo: ſupeſt ex parte alia & quidẽ potiore ac pręſtã tiore recẽſenda Romanorũ Põtificũ linea. Quã triplici

ætate:ab eorũ vel vita,vel exitu vitę,diſpartiemur.Prima em̃ pars vel ętas eorũ eſt:qui in initio naſcentis eccleſię,ſub crudelis imperatoribus viuentes: mortalem corporis amictum, in proprii ſanguinis effuſione, ad Chriſti imitationem exuerũt. Hoc em̃ vitę exitu,immolato pro nobis dei agno,quãto ſimiliores euaſerunt:tanto & propiores illi in cœlis iũcti ſunt.Secunda eorum ętas, piorũ eſt confeſſorũ. Qui q̃q̃ pro Chriſto roſeum ſanguinẽ non fuderint, nec palmam Martyrii adepti ſint:ſecundo tamen loco per beatorũ Martyrũ veſtigia incedentes: doctrinis,orationib⁹,ieiuniis,lachrymis,eleemoſynis, & aliis huiuſmodi pietatis operibus,eximiam animi munditiam & puritatem conſecuti: templum dei & cohęredes Chriſti, effecti:in ſanctorum contubernia tranſierunt.Tertia ſummorum Pontificum diſtinctio,eorum eſt: quorum q̃plurimi vel a prioris beatorũ vitę ſanctimonia, paulatim degeneres: animum genialibus delitiis inflexerunt:aut magis dominandi libidinem q̃ pietatis ſtudio ſummi Pontificatus dignitatẽ contentioſis ambitionibus inierunt.Et quia omnium Romanorum Pontificum vita & vitæ acta abunde ex plurium deſcriptione reteguntur: appoſuimus dũtaxat per nominũ ſeriem, eorum catalogum,cum ea annorum ſumma:quib⁹ ſinguli fluctuantem in huius mundi pelago Petri Pontificum primi nauiculam rexerunt.

Triplex Romanorũ Pontificũ diſpartitio

Catalogus Pontificum Romanorum.

Petrus apoſtolus Iudęus Martyr,annis	❧	25
Linus Tuſcus Martyr,annis		11
Cletus Romanus Martyr,annis		9
Clemens Romanus Martyr,annis	❧	9
Anacletus Græcus Martyr,annis		9
Euariſtus Gręcus Martyr,annis		13
Alexander Romanus Martyr,annis		8
Sixtus Romanus Martyr,annis		10
Theleſphorus Gręcus Martyr,annis		11

Hyginius Græcus martyr,annis	4
Pius Italus martyr,annis	9
Anicetus Syrus martyr,annis	6
Sother Campanus martyr,annis	9
Eleutherius Græcus martyr,annis	12
Victor Apher martyr,annis	10
Zepherinus Romanus martyr,annis	9
Caliſtus Romanus martyr,annis	5
Vrbanus Romanus martyr,annis	8
Pontianus Romanus martyr,annis	9
Antheros Græcus martyr,annis	12
Fabianus Romanus martyr,annis	15
Cornelius Romanus martyr,annis	2
Lucius Romanus martyr,annis	3
Stephanus Romanus martyr,annis	7
Sixtus Græcus martyr,annis	2
Dionyſius,annis	6
Felix Romanus martyr,annis	4
Eutychianus Tuſcus martyr,annis	8
Gaius Dalmata martyr,annis	11
Marcellinus Romanus martyr,annis	8
Marcellus Romanus martyr,annis	5
Euſebius Græcus martyr,annis	6
Melchiades Apher martyr,annis	4

Hactenus prima ſummorum pontificum ætas,quę beatorum martyrum vocatur,ſe effudit.Succedit vero piorum confeſſorum turma:qui per eximiam animi munditiam,totiuſq; vitæ ſanctimoniam : in felix Chriſti conſortium , ſecundo poſt martyres loco,ſacris virtutibus ſubuecti tranſierunt.

Syluester Romanus confeſſor,annis	23
Marcus Romanus confeſſor,annis	2
Iulius Romanus confeſſor,annis	15
Liberius Romanus confeſſor,annis	10

Felix Romanus confeſſor,anno		1
Damaſus Hiſpanus confeſſor,annis		18
Syricius Romanus confeſſor,annis		15
Anaſtaſius Romanus confeſſor,annis	∴	3
Innocentius Albanus confeſſor,annis		15
Sozimus Græcus confeſſor,annis		3
Bonifacius Romanus confeſſor,annis		8
Cæleſtinus Campanus confeſſor,annis	∴	8
Sixtus Romanus confeſſor,annis		8
Leo Tuſcus confeſſor,annis	∴	21
Hilarius Sardus confeſſor,annis		7
Simplicius Tyburtinus confeſſor,annis	∴	15
Felix Romanus confeſſor,annis		8
Gelaſius Apher confeſſor,annis		8
Anaſtaſius Romanus confeſſor,annis	∴	3
Symmachus Sardus confeſſor,annis		15
Hormiſda Fruſinonius confeſſor,annis	∴	9
Ioannes Tuſcus confeſſor,annis		3
Felix Samius confeſſor,annis		4
Bonifacius Romanus confeſſor,annis	∴	2
Ioannes Romanus confeſſor,annis		2
Agapitus Romanus confeſſor,annis		2
Syluerius Campanus martyr,annis	∴ ∴	3
Vigilius Romanus confeſſor,annis		17
Pelagius Romanus confeſſor,annis		11
Ioannes Romanus confeſſor,annis	∴	12
Benedictus Romanus confeſſor,annis		4
Pelagius Romanus confeſſor,annis		10
Gregorius Romanus confeſſor ſanctus,annis		13
Sauinianus Gregorii detractor,anno	∴	1
Bonifacius Romanus confeſſor,menſibus		9
Bonifacius Marſus confeſſor,anno		1
Deuſdedit Romanus confeſſor,annis		3

Bonifacius Campanus confeſſor, annis	5
Honorius Campanus confeſſor, annis	12
Seuerinus Romanus confeſſor, anno	1
Ioannes Dalmata confeſſor, anno	1
Theodorus Græcus confeſſor, annis	6
Martinus Tudertinus confeſſor, annis	6
Eugenius Romanus confeſſor, annis	2
Vitalianus Campanus confeſſor, annis	14
Adeodatus Romanus confeſſor, annis	4
Donus Romanus confeſſor, annis	5
Bonifacius Romanus confeſſor, annis	4
Agatho *Siculus* confeſſor, annis	2
Leo *Siculus* confeſſor, anno	1
Benedictus Romanus confeſſor, anno	1
Ioannes *Syrus* confeſſor, anno	1
Conon Romanus confeſſor, anno	1
Sergius *Syrus* confeſſor, annis	13
Ioannes Græcus confeſſor, annis	3
Ioannes Græcus confeſſor, annis	2
Siſinnius *Syrus* confeſſor, annis	20
Conſtantinus *Syrus* confeſſor, annis	7
Gregorius Romanus confeſſor, annis	17
Gregorius *Syrus* confeſſor, annis	10
Zacharias Græcus confeſſor, annis	10
Stephanus Romanus confeſſor, annis	5
Paulus Romanus confeſſor, annis	10
Stephanus *Siculus* confeſſor, annis	4
Hadrianus Romanus confeſſor, annis	23
Leo Romanus confeſſor, annis	21
Stephanus Romanus confeſſor, annis	3
Paſchalis Romanus confeſſor, annis	7
Eugenius Romanus confeſſor, annis	4
Valentinus Romanus confeſſor, menſibus	1

Gregorius Romanus confeſſor,annis	16
Sergius Romanus confeſſor,annis	3
Leo Romanus confeſſor,annis	8
Benedictus Romanus confeſſor,annis	2
Nicolaus Romanus confeſſor,annis	9
Hadrianus Romanus confeſſor,annis	5
Ioannes Romanus confeſſor,annis	10
Martinus Gallus confeſſor,anno	1
Hadrianus Romanus confeſſor,anno	1
Stephanus Romanus confeſſor,annis	6
Formoſus confeſſor,annis	5

Vſq; ad hunc Formoſum,ſecundam Romanorum pōtificum protelauimus ætatem:vtpote quorum maxima pars ſanctorū catalogo annumeratur: etſi inter eos nonnulli ab exactiſſima vitæ ſanctimonia deſciuiſſe legantur.Succedit vero eorū tertia ac poſtrema diſpartitio:in qua q̄ plurimi ab apoſtolica virtute euidentius degeneres:nequaq̄ eorum exemplo,præ animi humilitate oblatam ſummi ſacerdotii dignitatem ſuſcipere tenuerunt : quinimmo paulatim in deterius eccleſiæ ſtatu labente:eandem ambitioſa dominandi libidine,nonnunq̄ etiā precio ſibi conferre ſtuduerunt:q̄q̄ & inter eos nonnulli , ſed q̄ pauciſſimi:vitæ ſanctitudine & flore omīgenæ virtutis prę ſignes enituerint:adeo vt ſanctis etiam confeſſoribus minime diſpares:nec merito inferiores habeantur.

Tertia Romanorum Pontificum diſpartitio.

Bonifacius Tuſcus,diebus	6
Stephanus Romanus,anno	1
Romanus Romanus,menſibus	3
Theodorus Romanus,diebus	20
Ioannes Romanus,annis	2
Benedictus Romanus,annis	3
Leo,diebus	40
Chriſtophorus,menſibus	6

Sergius Romanus,annis	7
Anaſtaſius Romanus,annis	2
Lando Romanus,menſibus	5
Ioannes Romanus,annis	15
Leo Romanus,menſibus	7
Stephanus Romanus,annis	2
Ioannes Romanus,annis	4
Leo Romanus,annis	3
Stephanus Germanns,annis	3
Martinus Romanus,annis	3
Agapitus Romanus,annis	9
Ioannes Romanus,annis	10
Benedictus Romanus,annis	2
Leo Romanus,anno	1
Ioannes Romanus,annis	7
Benedictus Romanus,anno	1
Bonus Romanus,anno	1
Bonifacius,menſibus	7
Benedictus Romanus,annis	9
Ioannes Romanus,menſibus	8
Ioannes Romanus,menſibus	8
Ioannes Romanus,annis	10
Gregorius Saxo,annis	2
Ioannes Gręcus,menſibus	10
Sylueſter Gallicus,annis	4
Ioannes,menſibus	4
Ioannes Romanus,annis	4
Sergius Romanus,annis	12
Benedictus Tuſculanus,annis	11
Ioannes Romanus,annis	10
Benedictus Tuſculanus,annis	10
Sylueſter Romanus,diebus	16
Gregorius,annis	2

Clemens,menſibus	9
Damaſus Bauarus,menſibus	23
Leo Alemannus,annis	5
Victor Alemannus,	2
Stephanus Lotharingus,	7
Benedictus Campanus,	9
Nicolaus Allobrox,	3
Alexander Mediolanenſis,	11
Gregorius Samius,	12
Victor abbas,	1
Vrbanus Monachus,	12
Paſchalis Italus,annis	18
Gelaſius Campanus,anno	1
Caliſtus Burgundus,annis	5
Honorius Bononienſis,annis	5
Innocentius Romanus,annis	14
Cæleſtinus Tuſcus,menſibus	5
Lucius Bononienſis,menſibus	11
Eugenius Piſanus,annis	8
Anaſtaſius Romanus,anno	1
Hadrianus Anglicus,annis	4
Alexander Senenſis,annis	21
Lucius Tuſcus,annis	4
Vrbanus Lombardus,anno	1
Gregorius Beneuentanus,diebus	57
Clemens Romanus,annis	3
Cęleſtinus Romanus,annis	6
Innocentius Campanus,annis	18
Honorius Romanus,annis	10
Gregorius Campanus,annis	14
Cęleſtinus Mediolanenſis,diebus	16
Innocentius Genuenſis,annis	11
Alexander Campanus,annis	7

Vrbanus Gallus,annis	3
Clemens Prouincialis,annis	3
Gregorius Lombardus,annis	4
Innocentius Lombardus,menſibus	5
Hadrianus Genuenſis,menſe	1
Ioannes Hiſpanus,menſibus	8
Nicolaus Romanus,annis	2
Martinus Turonenſis,annis	4
Honorius Romanus,annis	2
Nicolaus Picentinus,annis	4
Cæleſtinus Eſernienſis,menſibus	5
Bonifacius Hernicus,annis	8
Benedictus Taruiſinus,menſibus	8
Clemens Vaſco,annis	8
Ioannes Caturcenſis,annis	18
Benedictus Toloſanus,annis	7
Clemens Lemouicenſis,annis	8
Innocentius Lemouicenſis,annis	9
Vrbanus Lemouicenſis,annis	8
Gregorius Lemouicenſis,annis	8
Vrbanus Piſanus,annis	11
Bonifacius Neapolitanus,annis	15
Innocentius Sulmonenſis,annis	2
Gregorius Venetus,annis	12
Alexander Cretenſis,anno	1
Ioannes Neapolitanus,annis	4
Martinus Romanus,annis	14
Eugenius Venetus,annis	17
Felix Sabaudus,annis	9
Nicolaus Sarzanus,annis	8
Caliſtus Catalannus,annis	3
Pius Italus,annis	6
Paulus Venetus,annis	7

Sixtus Genuenſis,annis 13
Innocentius Genuenſis,annis 8
Alexander Aragonenſis,annis 11
Pius,diebus 30
Iulius Genuenſis,annis
Leo Florentinus,annis

Huc vſq; progreſſa eſt tertia ac ſuprema ætas ſeu diſpartitio pontificum Romanorum:qui neq; vt primi illi viciniores Petro,martyrii palmam adepti ſunt:neq; vt mediorum ſyncera cohors:vſquequaq; vitæ ſanctimoniam coluerunt,vt piorum confeſſorum catalogo publice promererentur inſcribi.

Aduertendum autem id eſt,quod non modo communis opinio in poſteros inuulgauit:ſed & rei experimentum,veritaſq; hactenus edocuit:vniuerſorum ſcilicet diui Petri ſucceſſorũ: cuiuſcunq; illi ſortis ac diſpartitionis ſumantur: neminem tot diebus in eius ſede,aut conſediſſe,aut conſeſſurum eſſe: quotquot diebus diuus Petrus primus a Chriſto eccleſiæ põtifex inſtitut⁹:in ea cõſedit.Et rurſum nõ tãtũ diui Petri dies nullus Romanorum pontificum ſuo in pontificatu permẽſus attigit:ſed & ipſum quoq; Petri nomẽ,qđ ad Chriſtianę eccleſiæ ſolidiſſimã petrã nõ imerito alludit: Romanorũ põtificũ obtinuiſſe hacten⁹ nemo viſus eſt.qđ hoc diſticho cecinimus.

Nõ videbis dies Petri.

Petri nomen obtinuit ſũmus pontifex nullus.

Petri ſucceſſor,conſedit nemo diebus
Tantis:& nomen,nemo ſecundus habet.

Et qa vniuerſi anni qbus ſinguli Romanorũ põtificũ eccleſiaſticã Hierarchiã inſtar Chriſti moderãtes,ſederũt:varie a diuerſis ſupputãt:ideo nequaq̃ ex eorũ diuidua collectiõe,pñtis .i.ſexti tẽporũ interualli ſpatia metiri voluim⁹.Nã ſuperuacaneũ arbitrati ſumus eius ĩterualli annos per partes ſigillatim diſquirere : quos paſſim vulgus in vnam ſummam conferre ſolet: numerans quidem a Chriſti natiuitate vſq; in præſens annos mille quingentos & viginti:quos qui ſuperioribus annis a mundi origine fluxis elapſiſq; cõgeſſerit:integerrimam

conflabit totius mundanę duratiōis ſummam. Quę quo pa‑cto particulatim ex variis ſacræ ſcripturæ paſſibus colligenda ſit: ſequens caput monſtrabit.

Collectio annorum totius mundanæ durationis ex variis ſacrę ſcripturę locis. Cap. LXVIII.

VT autem vniuerſa totius mundanę durationis, quę ab initio vſq; in præſentē annum fluxit, ſtruatur ſumma: neceſſe eſt ex variis ſacrę ſcripturę locis eam annorum colligere ſeriem: quę ab origine mundi initium ſumens: verbi dei incarnationem pręceſſit. Qua rite ex diuinorum eloquiorum authoritate, diuerſis paſſibus firmata: mox totius mundi duratio exurget. Id autem nullo labore fiet: ſi complura, q̄ in pręcedentibus a nobis ſunt annotata, reſumpſerimus: vel ſi ſingularum mundi ętatum ſeu temporis interuallorū quātitatem ſummamve annorum, menſi fuerimus.

Anni primę ętatis. In primis igit̄ ex ea tabula, quā nono capiti inſcribi curauimus: ex ſacrę ſcripturę indubitata fide, per generationis & vitę ſingulorum patriarcharum, qui ante diluuium fuere, annos: collecta eſt & annotata a nobis, ea annorum ſumma: quæ a mundi initio, vſq; ad diluuialium aquarum inundationem pertranſiit. Quę eſt annorum, mille quingentorum quinquagintaquinq;. qua etiam primęuā mundi ętatē ſeu primum tēporum interuallum: docuimus eſſe metiendum.

Anni ſecundę. Deinde ex duodecimi capitis formula: per annos generatiōis & vitę ſanctorum patriarcharum, qui diluuio vſq; ad Abraham ſucceſſere, eam annorum quantitatem ex diuinorum eloquiorum fonte ſtruximus: quę ſecundum temporū interuallum ſecundamve mundi ętatem expendit: id eſt annos ducentos nonagintaquattuor. Qui primę ętatis ſummę coacervati: annos efficiunt, mille octingentos quinquaginta.

Anni tertię. Rurſum ex decimioctaui capitis tabula: tertia mūdi ętas, ab Abrahę vocatione ad Moyſem, ſiue ad egreſſum filiorū Iſrael ex ægypto: paſſim ex ſacrę ſcripturę teſtimonio illata receſe‑

tur:quę eſt annorum ſeptingentorum & viginti. Qui ſupiorum ętatum annis adiecti: annorum duo millia quingētos & ſeptuagenos conflant, eorum qui a mūdi initio vſq; ad exitū Iſraelitarum ex ęgypto fluxerunt.

Deinde vt breuitatis cauſa non per ſingulorum iudicum vitam, quarti temporum interualli annos, diuidue veſtigemus: colligenda eſt a nobis eius ſummę integritas: ex ſexto capite tertii regum: ī quo, ab exitu filiorum Iſrael ex ęgypto, vſq; ad ędificationem templi: ſiue vſq; ad annum quartum regni Salomonis, quadringēti & octoginta anni fluxiſſe narrantur. A quibus ſi dempſeris annos quadraginta & quattuor (Nā Dauid quadragenis annis regnauit) ſupererit integra quā veſtigamus, quartę temporum ętatis duratio: quadringentorū triginta & ſex annorum. Qui ab egreſſu Iſraelitarum ex ęgypto: vſq; ad Dauitici regni initiū tranſierunt: ſub pōtificibus ſeu Principibus ſacerdotum (vt Egeſippo placet) numero tredecim. Hi vero anni ſuperiorum interuallorum annis collati: ſummam efficiunt triū millium & ſex annorum: qui a mundi origine, vſq; ad initium Dauitici regni veniūt numerādi. Anni qrtę.

Porro in tabula capitis ſexageſimiſecundi: ſigillatim per annos quibus reges ſinguli, Hieroſolymitano regno a Dauid vſq; ad excidium templi præfuerunt: inſcripta eſt primę partis quinti temporum interualli duratio. Quæ fuit annorum quadringentorum ſeptuaginta & quattuor: ſub pontificibus principibusve ſacerdotū (vt vult Egeſippus) decem & octo. Hui9 vero quinti tēporū īteruallí, reſiduā partē a primo tēpli excidio, vſq; ad Chriſti natiuitatē: ſexageſimitertii capitis tabula, annorū quingentorum & quattuor eſſe docet. Qui cum annis prioris eius portionis coaceruati: totius quinti temporū interualli, ab initio Dauitici regni, vſq; ad Chriſti natiuitatem, ſummam efficiunt annorum nongentorum ſeptuaginta & octo. Quę ſi ſupiorū quattuor ętatū annis adiiciat: ānos a mūdi origine ad Chriſti natiuitatē cōflabit: nūero ter mil- Anni qntę.

le nongentos octoginta & quattuor. Hæc autem omnia: in ſequenti tabula ſigillatim annotantur.

Tabula durationis ſex primarum mũdi ętatum: iuxta vniuerſalem ſacrę ſcripturę mẽtionem.

1	Ab initio mundi, vſq; ad diluuium, anni	1555
2	A diluuio, vſq; ad Abraham, anni	294
3	Ab Abraham, vſq; ad Moyſen, anni	720
4	A Moyſe vſq; ad Dauid, anni	436
	A Dauid, vſq; excidium templi, anni	474
5	A templi excidio, vſq; Chriſtum, anni	504
6	A Chriſti ortu, vſq; ad nos, anni	1520
	Ab initio mundi, vſq; ad nos, anni	5503

Ex his manifeſta eſt grandis temporum dyaphonia. Cum alii quidem velint: Chriſtũ in medio fere quinti annorum millenarii: alii in exitu eiuſdem quinti annorũ millenarii, e virgine natum: in mũdum pro ſalute hominum veniſſe. Et tamen ex vniuerſali ſacrorum eloquiorũ mentione: dum lapſa ab initio mundi, vſq; ad Chriſti natiuitatem tempora palam deprompſimus: inuenimus in exitu fere quarti millenarii, virginẽ peperiſſe: id eſt exactis tribus annorum millibus, nõgentis octoginta & quattuor. Verumem̃uero ſi ex tabula trigeſimiocta ui capitis huius: ſingulorum iudicum annos, quibus iudicis honore functi ſunt, in vnã ſummã contulerimus: inueniemus longe plures annos, a Moyſe vſq; ad ędificationem templi fluxiſſe: q̃ hi, qui ex ſexto capite tertii regum annotãtur: id eſt q̃ quadringenti & octoginta. Etenĩ expreſſi ſingulorum iudicũ prefecturę anni: cũ annis quadraginta quibꝰ Saul Rex Iſraelitarum primus regnauit: annos efficiunt quingentos duodecim. Quibꝰ rurſum adiiciendi ſunt hi anni: quibus Ioſue, Sangar, Sampſon, & Samuel (q̃q̃ a ſacris eloquiis inexpreſſi) populi dei iudicio prefuerunt. Quãobrem iuxta ſingulorum iudicum vitam: non fere pauciores anni, a Moyſe vſq; ad ędificationem templi, q̃ ſexcenti fluxerunt. In cęteris ętatibus: diſ-

ſonantia nulla,vel ea perexigua reperitur.

De Septimo & vltimo temporum interuallo. Cap.LXIX.

EMenſa ſexti temporum interualli priore portione:quę a Chriſti ſaluatoris natiuitate,vſq; in pſentis anni adiacentiam numeratur,ſupereſt reſidua eius pars nobis incognita: quę ab adiacentis pręſentiſq; anni termino: vſq; ad conciliationem & concordiam vtriuſq; diuini ouilis(per abiecti Iſraelis ad deum patrum ſuorum cōuerſionem)progreſſura:vna & ſextam mūdi ętatem definiet,& ſeptimam īchoabit. Huic enim temporum intercapedini,cui felix vtriuſq; ouilis conſpiratio & concordia finem ac terminum impoſitura eſt:ſuccedet ſeptimum poſtremumq; temporum interuallum.Quod perſeuerabit vſq; in pręſentis ſeculi conſummationem:futuram,iuxta veridicam diuinorum eloquiorū prędictionem,per ignem.

Quamobrem ſextum quidem temporum interuallum:nobis altero terminorum vt principio atq; origine ſui notum ſeſe offert.Reliquo vero termino,id eſt fine atq; periodo: penitus mortalibus ignotum manet.At vero ſeptimi poſtremiq; temporum interualli:limes ac terminus vterq; nobis abditus & incognitus eſt:vtpote qui in ea arcanorum & altiſſimorū momentorum ſorte,annumerantur:quę profunda & inſcrutabilis dei maieſtas in ſua ſolius poteſtate reponens: ſublimibus etiam angelis nedum hominibus occuluit: & omni ſpiritali oculo,quantumuis perſpicaci & ſuperiori lumine illuſtrato: peruia fieri denegauit.

In hoc autem Septimo ſupremove temporum interuallo: in quo diuinæ pacis gratum vbiq; ſilentium,mundum obtinebit: tyranni ab orbe extorres pellentur: & clarus vbiq; deus hominum ęque minimo,vt & maximo:ſerenatis & enubibus eorum mētib⁹,iuxta Hieremię vaticiniū innoteſcet:hi quoq; Hiere. xxxi.
pſalmiloqui verſus,diuinitus ſperantur impleri. Venite &

videte opera dei: quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſq; ad finem terrę. Arcum conteret & confringet: arma & ſcuta comburet igni. Sopito inſuper & requieſcente a priſca bellorum conſuetudine vniuerſo terrarum orbe: ſub vnius vbiq; pacifici regis imperio & vniformi dei veri cultu: ſequentium verſiculorum prędictiones, diu a fidelibus expectato optatoq; euentui iungentur. Vacate inquit & videte, quoniam ego ſum deus: exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. Et rurſum per veri Emmanuelis, ideſt Chriſti ꝓprietatem: quæ deum humanitati infudit, & vice verſa humanam ſubſtantiam in deum ſubuexit: a cunctis ſuper terram fidelibus cum mira animi exultatione concinetur: Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob. Orietur enim ea dies: qua iuxta euangelicum eloquiũ, neq; in monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitur deus, neq; per ſtatam locorũ differentiam, ſub artificioſa cuiuſuis manualis materialiſve templi teſtudine: ſed intra latentes præcordiorum ſuorum exhedras, tanq̃ in templis non manufactis: veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Hanc enim ſupremam & pacatiſſimam mundi huius ætatem: & pręnunciatum a cunctis prophetis tempus, quale non fuit ab initio creaturę: Salomon & pleriq; vatum ſapientum: aureę ætatis recurrentiam vocant. Alii vero feſtiuum populi dei ſabbatiſmũ: in quo, ad inſtar ſeptimę diei, humanum genus, ſuperiorum ętatum aſſiduo labore & quaſi lateritio opere fatiſcens: dirę ſeruitutis iugũ excutiet: & a ſolitis operibus requieſcet, atq; ex ægypti ergaſtulo ſolutum ac liberum in montana Iudææ, deo ſubuehente conſcendet. Terram quoq; lacte & melle manãtem ſubibit: in qua, omni abundantia & iocundiſſima pace perfruens: ſabbatũ dei celebrabit. In eius enim feliciſſimæ ætatis initio: eliminata ab orbe terrarum Mahumeteæ ſectæ ſpurcitia vaneſcet, omniſq; contraria deo hęreſis ſilebit, procul bellorũ timor pelletur, inſidiabitur proximo ſuo nullus. A Satana &

omni nocentium angelorum impia cohorte: vetus ſeducẽdorum hominũ licentia tolletur, vt qui ad id temporis, in abyſſo vincientur: omniſq; mundi aura, pacata & a dęmonum incurſibus repurgata ſub diuinis ſceptris obmuteſcet: nec ventis vt prius ſiniſtris, infeſta aduerſarii ſuggeſtio: humanã mẽtem a dei amicitia abiungere valebit, nec vllis etiam ſtudiis, homines: aduerſarii deo, aut angelis eius aut ſibiinuicem nitẽtur: ſed quadrifida pace coelitus renouati: ipſi quidem ſinguli & cum ſeipſis & inter ſeinuicem, & cum propitiis cuſtodibus ve angelis: & cũ demũ pręſidẽte oĩ ſpiritali oculo, ſumma deitate: mirę vnitatis & concordię vinculo cõſentient: donec rurſum pene in exitu & conſummatione mũdi huius: Satanas e carcere ſuo, id eſt ex abyſſi tenebris, permiſſione dei paruo tẽpore iuxta apocalypſim ſoluetur. Mũdum turbabit. Seducet iterum gentes, quę ſunt ſuper quattuor angulos terrę. Pręliabitur in eis, aduerſum electum dei populum. Suſcitabit Antichriſtum: quem poſtq̃ aduerſum omnem dei altitudinem extulerit: in eo ſupremus dei furor, peccatorum omnium vindex excandeſcet: atq; vniuerſam cunctarum quas cernim⁹ rerum harmoniam corporeamve molem: igne zeli ſui exurens diſſoluet. Coeleſtes quoq; ſphęras: quę etiam in conſpectu ei⁹ mundę non eſſe prędicãtur, vltricibus flammis abſumet: metaſq; ac terminos vniuerſis temporibus imponet. Poſtq̃ enim ab igne ſupremi iudicii, fuerit viſibilis machina mũdi, in primę & antiquiſſimę materię atomos reſoluta: tempus, vt apocalypſeos liber ſcribit, non erit ampli⁹: ſed in tuba & cantu ſeptimi angeli: omnis corporalium ſubſtantiarum compago, in antiquum ac difforme chaos, vt ab initio, remeabit. In quo ſeptem, quoq; dieb⁹ iuxta Eſdrę vaticiniũ ſilebit. Quib⁹ exactis: dormiens ac informe ſeculum, rurſum vt prius a deo excitabitur. In quo tamen quęcũq; voluntate dei oriẽtur ac ſurgẽtentia: ea quidem, nec tẽporaria erũt, nec prioris ſeculi generationib⁹ & corruptionibus obnoxia: ſed iugi ſtabilitate & per-

Apocal. xx.

iiii. Eſd. ſeptimo. cap.

tes inuexerunt. Prima a creatione mundi vſq; ad diluuium, & ab Adam vſq; ad Noe: ſuę durationis terminos extendit. Secunda a diluuio, vſq; ad fidei initium: inter Noe & Abrahã numeratur.

Tertia a vocatione fidelis Abrahę, vſq; ad legem: inter Abraham & Moyſen protelatur.

Quarta a lege, vſq; ad Dauitici regni initium inter Moyſen & Dauid, eſt exquirenda.

Quinta a Dauitici Regni initio: vſq; ad regenerationem humani generis inter Dauid & Chriſti ortũ ſeſe coercet.


Sexta a regñatione, vſq; ad vtriuſq; teſtamenti & ouilis conciliationem inter Chriſtum & Heliam venturum (qui iuxta euangelium omnia reſtituet) extendetur.

Septima inter vtriuſq; ouilis concordiam & conſummationẽ pręſentis ſeculi: ab Helia venturo, vſq; ad Antichriſtum procedet.

Octaua ab huius ſeculi conſummatione inchoabit: quę & futurum ſeculum excitabit: in quo exacta temporũ ratio in immortale ęuum commutanda nullo fine claudet. Sed de ſeptenis mundi huius ętatibus hactenus.

Libelli de Septem Mundi ętatibus ſeu temporum interuallis finis. Editi in Samarobrina diui Quintini, anno domini Milleſimo Quingenteſimo vigeſimo, Vigilia dominicæ Natiuitatis.

❧EIVSDEM CA
roli Bouilli Samarobrini Reſpōſiones ad nouē quę
ſita Nicolai Paxii Maioricen̄. ſeu Balearici in arte
Lulliſtarum peritiſſimi.



Vęnundantur cū ſuperiori opuſculo Iodoco Badio.

Nicolaus Paxius Maioricenſis, cultiſſimi & ſermonis & ingenii viro: Carolo Bouillo. S.

IN legẽdis tuis limatiſſimis operibus doctiſſime Carole: ſublime authoris ingenium perpendi: ſeu vt caſtigatius loquar, admiratus ſum. Te inſuper Fabri Stapulenſis eminentiſſimi ſciẽtiarum illuſtratoris æmulum eſſe cognoui: & gauiſus ſum. Vnde arbitror te non minus ſummam Raimundi Lullii deuotionem, q̃ eximiã in eius libris eruditionem ab illo copioſiſſimo fonte imbibiſſe. Vidi enim & legi quicquid de noſtri a deo illuminati Raimũdi vita (licet carptim: vere tamen & ornato eloquio) ſcripſiſti. Et quantum ex tuæ ſcripturæ ſignis interior homo coniicere poteſt, tua ſcribendi frequentia, promptitudo & vrbanitas: te nobis eum eſſe ſignificãt: ad quem velut humaniſſimum ipſe (licet incognitus) ſcribens auſim accedere: & non modo accedere: ſed etiam præſentis meæ epiſtolæ reſponſum: & eorum quæ velut diſcipulus abs te petiero dilutionem: pro tua benigniſſima cõſuetudine ſperare poſſim. Parce igitur ſi te ad exiguas & humiles cordis mei dubitationes: patronum & aduocatum imploro. Inclinet te ad reſpondendum ea manſuetudo qua quotidie ſcribens: facillimum te in omnes exhibere ſoles. Scire autem te in primis velim, ſubtiliſſime Carole: me in his quæ ad ſcientias ſpectant: adeo licenter animum mentemq̃ nutriuiſſe: vt in nullius verba magiſtri iurauerim: ſed magis ipſe rationibus q̃ authoritatibus acquieſcam. Mitto ad te caſtigatum Raimundi Lullii codicem, Dubitabilium quæſtionum, in quattuor libros magiſtri Sententiarum: qui quanto corruptior antea legebatur: quanto etiam precioſior eſt: tanto humanitatem tuam obteſtamur omnes Lulliſtæ: vt eundem librum in minori forma terſis ac minutulis characteribus imprimi cures: quem cum perlegeris: guſtabit in eo perſpicacitas tua, ſub illimato ſermonis cortice: pulcherrimum

& cœleſte quoddam ſapientię nectar antea inſolitum. Vale, & Raymũdũ noſtrum ama. Maioricę. Calendis Maii. 1514.

Satius mihi viſum eſt extra epiſtolam, dubitatiões meas ſubiungere: quę tuis rationib9 dilui & explanari deſiderãt. Quęro igitur primum.

Cum in deo nihil niſi ęternum ſit: quomodo ex eo toto ęterno, poſſit nouus effect9 produci? Nam ſi realis actio, qua nũc creat mundum vel conſeruat, eſt ęterna: oportet data cauſa vt cauſa fuiſſe effectum ęternaliter. Si autem de9 de nouo habet illam cauſationem mundi: illa cauſatio non eſt deus: quia noua. nec eſſet creatura, quia ad ſui productionem indiguiſſet alia cauſatione vſq; ad proceſſum infinitum.

Secundo dubium mihi eſt: vnde taxatur maioritas & minoritas creaturarum? Non enim ex deo munificentiſſimo. neq; vt aiunt ex maiori vel minori capacitate creaturę: cum capacitas ſit ipſa creatura, nec ſit ante eam. Et ſi deus minori angelo dediſſet maiorem capacitatem: eſſet maior q̃ eſt.

Tertio ambigere videor: Vtrũ aliquis poſſit velle ſe velle aliquid: pluſq̃ vult illud: Cum nõ habeat niſi vnicum velle ſimplex: quod ſe non ſuperat, quia implicat contradictionem?

Quarto peto: cum in cœlis ſit qualitatum & per conſequens influentiarum viciſſitudo: a quibus contrariis deſtruantur illę qualitates: quę naturaliter ſe vellent conſeruare?

Quinto. Quum ſpiritus maligni nihil de ſuis naturalib9 perdiderint: aliter enim non puniretur in eis quicquid peccauit: Vtrum & quare nunc etiam non delectantur ea delectatione naturali & reali qua ante caſum?

Sexto. Quid ſit aliquid educi de potentia ad actum?

Septimo peto quid ſit motus: an entitas aliqua diſtincta a mobili: vel a terminis a quo & ad quem: vel a tempore quod ſucceſſiue fluit?

Octauo. Vnde fiat q; vnum corpus occupet & excludat aliud corpus? Vtrum corpus vt corpus hoc faciat: aut potius ipſa

ceſſio fiat penes qualitates contrarias ſenſibiles quæ ſe mutuo expellant?

Poſtremo quæro vtrum ſcire aliquid coniunctum ex duobus tantum ſimpliciſſimis: ſit plus ſcire q̃ ſcire illa duo tantū, non ſcita eorum coniunctione?

Hæc ſunt dubia quæ mentem meam laceſſebant: quæq; tibi tua in amicitia confiſus proponere volui, vt te ad reſpondendum excitarem. Iterum Vale.

Carolus Bouillus doctiſſimo viro Nicolao Paxio Maioricenſi Lulliſtarum omnium peritiſſimo. S.

PRæuentus abs te dulciſſimis literarum tuarum muneribus doctiſſime Nicolae: q̃q̃ vt earum q̃citiſſimam reſponſionem ac ſatiſfactionē acciperes: ſatis vltro me ipſe impuli: animaduerti tamē tuas ex calendis Maii cō ſcriptas: quæ mihi ſubſequente Nouembri menſe redditæ ſunt. Quamobrem ne mirere: tardiora reſponſa ſucceſſiſſe. Adde & me tabellarium non vidiſſe: qui tuas ad nos pertulit: & ignotum hactenus mihi fuiſſe qui ad vos pergeret: cui meas ad te tuto perferendas commendarem. Scribis te ex aliquo meorū opuſculorum perpendiſſe: me & Iacobi Fabri Stapulenſis diſcipulū eſſe, & Raimundi Lullii piiſſimi eremitę amatorem: cum reuera vt ſcribis Raimūdi Lullii doctrinam (quippe pietate plenā & illuſtratione potius diuina q̃ ab hominibus depromptā) mirifice efferre, venerari, amplecti ſolitus ſim: in hoc a pręceptore Fabro nequaq̃ diſſentiēs. Cuius etiam conſilio vſus, accuratius quæq; ad manus meas deuenere eius opera recenſui: eaq; nō ſine magna animi voluptate & maiore paſtu atq; profectu perlegi: malēs in fictili & aſperiore vocum verborumq; contextu, ſuaui nectare ſatiari: q̃ ex melliflua nonnullorum librorum oratione & aureo ſermonis apparatu letiferis venenis mentis irrigare palatiū. Nam Raimundi ſcripta q̃q̃ nec buccā vētoſitate inanis verborū elegātię refert

ciant,nec fuco ſplédidę orationis inuigilēt,ſolidū tñ cibū ſapi dāq; medullā eſurieti animo miniſtrāt.Id me inſtigauit:vt vitā illi⁹ cōſcriptā in publicū dederim,q̄uis vt ais carptim & minus plane integre.Nā magis illā ſolo auditu & narratione cu iuſdā Hiſpani mihi amiciſſimi & in Raimūdi doctrina pitiſſimi:q̄ ex libro & lectiōe aliqua didicerā:quā vt celeriter receſeri audierā:ita & curſim ac p trāſitū deſcripſi. Accepi vna cū literis tuis librū eiuſdē Raimūdi,cui titulus eſt,Dubitabiliū queſtionū in quattuor libros Sentētiarū.Huic optas & noſtrū elogiū pręfigi:& deinceps eūdē noſtra cura in lucē mitti.Diligētiā oēm meā & operā in hac re tibi vt ſingulari amico polliceor:vt hoc pacto Raimūdi nomē lati⁹ in maiorē hoīm vtilitatē diuulget.Claudis demū literas tuas queſtionib⁹ nouē:non gregariis,nec mediocriter arduis:quarum exolutiones (etſi vires meas excedant)pro ingenioli tamen mei breui captu tibi ordinatim ſubiicere volui.

Prima quæſtio. ¶Rogas primū.Cū in Deo nihil niſi ęternū ſit:quō ex Deo toto æterno:poſſit nouus effect⁹ pduci?Nā ſi vt ais realis actio qua nūc creat vel cōſeruat mūdū,eſt ęterna:oportet data cauſā vt cauſa:fuiſſe effectū ęternaliter.Si aūt de nouo De⁹ habet illā cauſationē mūdi:illa cauſatio nō eſt Deus:qa noua:nec eēt creatura:qa indiguiſſet alia cauſatione vſq; ad infinitū proceſſum.Huic tuę pcontationi particulatim reſpōſurus: Dico in Deo nihil eſſe niſi æternū:& minime ex eo,ſed ab eo toto æterno nouū effectū indies pduci.Nā cū Deus de ſeipſo,id eſt ex ſuaipſius ſubſtātia:nulla pducat entia:hęc præpoſitio ex,ſpectans ad materialē rerū cauſam:minime eſt applicāda omniū authori Deo,ſed ſatius prępoſitio ab,tāq̄ efficiētis & pducentis cauſæ index.Eſt eni Deus nō materialis:ſed efficiēs & producēs vniuerſorū cauſa.Deinde ſubiungo realē ſiue exteriorē actionē:qua De⁹ & primū creauit & exinde cōſeruat mūdū: nō eſſe æternā:ſed tēporaneā mere cōtingentē & voluntariā.

quãdoquidẽ ſi quis eã actionẽ æternam eſſe fateretᷣ: diceret & mundi fabricam eſſe Deo coæternam. Eſt tamen Deus per ſe æterna cauſa mundi: exiſtens quidem ab ęterno: & rurſum tã etiam ab ęterno potens q̃ volens creare mundum, non autem cauſa ab æterno actu creans, neq; mundanæ creationis actum ab æterno exequuta. Erat enim Deus cauſa mundi ante mundum: nec cœpit aliquando cauſa mundi eſſe, cum ipſius mundi origine: nec rurſum illi per mundi creationem aduentauit accidens aliquod: quod vocetur mundi cauſatio, id eſt poſſibilitas vel actualitas eſſendi cauſa mundi: cum diuina illa ſemp ſyncera, impermixta, & impaſſibilis ęternitas: nullius ſit capax accidentis: nulli inſuper rei exoticæ, aduentitię, & nouæ ſe ſubdat, vtpote in qua quicquid eſt: & æternum eſt: & ipſi Deo cõſubſtantiale & penitus idem.

¶Percontaris ſecundo vnde taxatur maioritas vel minoritas creaturarum. Non enim vt ais ex Deo munificentiſſimo: neq; ex maiori vel minori capacitate creaturæ: cum capacitas ſit ipſa creatura. Huius quæſtionis rationem exhibiturus: dico duplicem eſſe maioritatem & minoritatem creaturarum. Vnam iuxta differentiam & rationem ſubſtantiarum: aliam vero iuxta modum & quantitatem accidentium: vt moraliũ vel intellectualium virtutum & omnium diuinorum munerum ſiue illuſtrationum. Hanc ſecundam maioritatem & minoritatem creaturarum: dico oriri ex capacitate earum: quandoquidem Deus vnicuiq; intelligibili & immortali oculo ſiue angelico, ſiue humano: iuxta ipſius facultatem ſuos fulgores & quæq; ſpiritalia dona prouide impartiatur: vel certe cum cuiuſuis intelligibilis oculi acies: diuinæ lucis ſpicula non vt affatim & exuberãter a diuino fõte emergũt: ſed ſolũ ꝓ ſua capacitate ibibere & exhaurire ſufficiat. Primã vero creaturarũ maioritatẽ & minoritatẽ: quã dicim⁹ differẽtiã eſſe ſubſtãtiarum, nequaq̃ velim aſcribendam eſſe capacitati earum: cum Queſtio ſecunda.

vt etiam rite coarguis ipſa ſubſtantialis capacitas,ſit ipſamet creatura:cuius capacitas non eſt añ ipſam procreata & facta. Debet autem aſcribi diuinę potẽtię:nõ tamen vt ſubſtãtialem largifluę ſuę munificentię radium extra ſe vniformiter fundenti,ſed vt volenti nihil creare confuſe,nihil abſq; pulchritudine ordinis & numeri.Diuinus enim ſubſtantialis radius, vt a diuinę potentię fonte vniformiter & incontracte ſcatet proceditq;:nequaq̃ differentias & ordines creaturarũ gignit.Cęterum cum hic radius deinceps a voluntate diuina per partes cohibetur:tũ in numeros,in proportiones & ordines creaturarum perpulchre digeritur:& nõ modo in diuerſis generibus,ſed in eodem p̃rſus entiũ gñe:maioritates minoritateſq; profert. Exterior em̃ dei operatio qua mũdum creauit:haud capax eſt eiuſce ſummę æqualitatis:q̃ in arcanę & cõſubſtantialis diuinę operationis crepidine ſeruatur:& q̃ a ſublimibus illis & cuncta excellentibus diuinarũ triũ pſonarũ ꝓprietatibus omnem totius maioritatis aut minoritatis inęqualitatẽ ac diſproportionem excludit.

Tertia queſtio.

¶Tertio petis,de exceſſu volũtatis.Vtrum aliquis poſſit velle,ſe velle aliquid:pluſq̃ vult illud:cum nõ habeat niſi vnum velle:quod ſe ſuperat:id eſt An poſſit eadem voluntas ſemetipſam excellere,ſeu ꝓpriũ velle trãſilire?Ad id reſpõdeo pfectã volũtatẽ,id ẽ liberã,nulli rei addictã, nullisve carneis vĩculis abreptã irretitãq; volũtatẽ:oĩ ſuę volitioni ęqualẽ eſſe:nec poteſtatẽ habere,vt vel ſeipãm,vel propriũ velle excedat.Eſt em̃ vſqueadeo annexa omni pfectioni,ęqualitas:vt pfecte potẽtiã & facultatẽ agendi,oporteat pari & ęquali actu defungi. Volũtas vero eſt potẽtia q̃dã:cui⁹ actus eſt velle.Perfectę igit̃ volũtatis ęqua eſt & integra volitio:quã aliter velle nũcupam⁹. Imperfectę aũt & ĩęqualis volũtatis q̃ nõ vſquequaq; libera eſt & carneis cupiditatib⁹ abſoluta,velle,plerũq; ſeipm̃ excellit:ſibiq; diſſonãs & ĩęquale repit̃.Hęc em̃ volũtas pmixta ẽ cõtrarię negationi:ei ĩquã qd̃ eſt nolle. Verbi gratia:cũ quis dicit:

vellem nolle malum aliquod: is profecto hac cõtrariorũ expſſione ſignatur aliquid velle, pluſq̃ velle poteſt. Optat eñ liberari ab actu mali, cui tamen vt plurimũ ex impfectione, ex lapſu & inęqualitate voluntatis reſiſtere nõ valẽs aſſentit. tanq̃ q cupiditate mala irretit⁹: volẽs nolẽſq;: ĩ malũ parti vltrone⁹ parti inuit⁹ ptrahit. Adducerẽ eiuſce rei pleraq; deprõpta ex ſctõrũ miraculis, exẽpla: q̃ tñ p eplę breuitate ad pſens ſuppſſi.

¶Quarta percontatio eſt. Cum in cœlis ſit qualitatum & per conſequens influentiarũ viciſſitudo: quibus cõtrariis deſtruũtur illę qualitates quę naturaliter ſe cõſeruare volũt. Huius quęſtionis partẽ primã negauerim: eſſe ſcilicet ĩ cœlis, eã quã pmittere videris qualitatũ ſucceſſionẽ ac viciſſitudinẽ. In cœlis eñ vel nulla eſt inhęſio ſenſibiliũ accidẽtiũ: vel maxima ibi viget ſtabilitas & permanentia cœleſtiũ qualitatum. Quã eñ quilibet planeta vel ſtella qualitatẽ naturalemve affectionem ab initio induit: eandem vſq; in finem ſeruabit: & rurſus ſecũdum illam, radiũ ſemp ſpecie eundẽ, parẽ, & conſimilẽ, in inferiora corpora fundit. Singuli planetę nunc eiuſdẽ omnino ſunt qualitatis & ſpecialis influentię: cuius qualitatis & influxus ab initio mũdi fuere. Id quoq; de ſingulis ſtellis eodẽ modo dicendũ. Non eſt eñ in ingenerabilib⁹ & incorruptibilib⁹ cœlis: ea qualitatũ & radiorũ & influẽtiarũ viciſſitudo & alternatio: q̃ in inferiorib⁹ corporib⁹ ſuapte natura gñabilibus & corruptibilib⁹ reperit. Bene autẽ aſſẽtiar pmixtã ſiue cõpoſitam ex planetarum & ſtellarum multiplici concurſu & cõſpiratione influentiam: ſecundum lationes & aſſiduas cœlorum vertigines: eſſe permutationibus variiſq; viciſſitudinib⁹ obnoxiam: & nullis dieb⁹ aut horis: cœlum eadẽ facie & aſpectu erga terram ſe habere: cum planetarum & ſtellarum: alii qdẽ idies oriant, alii occũbãt, alii directi ſint, alii retrogradi, & variis reſpectib⁹ alii alios ſpectẽt. Hę cœleſtes differẽtię, ni mirũ varias horoſcoporũ vices huic mũdo ĩgerũt: diuerſaſq; & cõtrarias iterũ virtutes ſenſibilib⁹ creaturis ĩfũdũt: varioſq;

Quarta quęſtio.

effectus hoc in mũdo pducunt. Adde ꝙ q̃q̃ dixerim & virtu‑
tes planetarũ inter ſe ſimiliter & ſtellarũ inter ſe eſſe cõtrari‑
as: & rurſum influẽtias ab influẽtiis lato interuallo diſſidere:
hanc tñ cõtrarietatẽ, negauerim ſic in ipſis cœleſtiũ orbiũ la‑
tionibus naturalẽ pugnã excercere: vt vllã in eis viciſſitudinẽ
& cœleſtiũ qualitatũ demutationẽ inducant: ſed dũtaxat ĩ in‑
ferioribus corpib⁹ & cœleſtiũ effectib⁹ hęc pugna viget, vim
quidẽ hñs qualitates demutandi, & ex conſequenti alia gignẽ
di & alia corrũpendi. Cauſarum eñ pugnantia & contrarie‑
tas euidẽtius in ipſis effectibus q̃ in cauſis relucet: eiuſq; vi‑
gor & efficacia non in demutatione ſtabiliũ & pmanẽtiũ cau
ſarũ: ſed in effectuũ viciſſitudine & pmutatione ſe prodit.

Queſtio quinta. ¶Quĩta tua petitio eſt. Cum ſpũs maligni nihil de ſuis natu‑
ralibus perdiderint: quare nũc etiã nõ delectanẽ ea delectatio
ne naturali & reali: qua añ caſum. Ad hęc dico iuxta diuum
Dionyſiũ: cuncta naturalia dęmonũ munera: in eis hacten⁹ lu
cida & integra pſtare: ſed corruptũ in eis eſſe boni maliq; iu‑
diciũ, & ex conſequẽti inſtabilẽ effectã eſſe eorũ volũtatẽ. Per‑
quirẽs eñ diuus Dionyſi⁹ in libro de diuinis nominib⁹, quod
malũ dęmonibus inſit: ait imaginationẽ in eis eſſe pcipitẽ, furo
rẽ irrationabilẽ, demẽtẽ concupiſcentiã. Hęc nimirũ cauẽt, ne
illi amodo delectenẽ ea delectatiõe naturali & reali erga ſum
mi boni deſideriũ: quã habuerũt añ lapſum. Habẽt qdẽ hacte
nus integritatẽ: naturaliũ oĩm ſui potẽtiarũ: ſed hę ĩ eis ſic ex
auerſiõis ſuę neqtia & malitiei ſigillo, clauſę obſeratęq; ſunt:
vt nuſq̃ ad boni deſideriũ rediuiuę fiant.

Queſtio ſexta. ¶Sextę percontationi tuę, quid ſit aliqd educi de potentia ad
actũ: hãc ſatiſfactiõnẽ cẽſeo adhibẽdã. Potẽtia eſt q̃dã pręexiſtẽ
tia cauſę. Actus vero eſt ipſi⁹ effect⁹ pſentia: q̃ deriuaẽ a pexi‑
ſtẽte cauſa. Aliqd igiẽ educi de potẽtia ad actũ: eſt aliquid de
ſimplici eſſendi poſſibilitate, accipere actualẽ ſubſtãtiã: quẽad
modũ ſi dixero mundum fuiſſe in ęterna poſſibilitate ſiue in
potẽtia eſſendi, non autẽ in ęterno eſſendi actu, quandoquidẽ

mundus fuit ab ęterno poſſibilis:nõ autẽ actualiter ab ęterno exiſtens.Aeterna mũdi poſſibilitas ſiue potẽtia:deus eſt,vel ſi mauis diuina mẽs.q̃ ab ęterno in ſemetipſa ꝑcõcepit mundũ: & potuit ab ęterno creare mundũ.Quẽ tñ nõ ab ęterno ſed ĩ tpe cõpleuit & ad realẽ eſſendi actũ ꝓduxit.Hoc pacto explodit eorũ error:qui voluerũt nihil fieri poſſe de nouo: ſed oĩa ꝓfuiſſe anteq̃ fierent.Hi eñ reſpicientes ad ſolã & ęternã pręexiſtentiã cauſarũ:act⁹ ꝓ potentiis:res ꝓ rationibus:& ſubſtãtias mentaliũ cõceptionũ loco ſumendo:in eũ errorẽ merito ĩciderũt:vt & mũdũ ęternũ eſſe dicerent:& naturales omnes formas,ꝓſtatuiſſe in potẽtia materię:eaſq; de gremio & viſceribus materię foras ꝑ generationem ꝓduci: nõ aũt eas nouiter gigni aut ꝓcreari.Aliter eñ eſt & ſubſiſtit effect⁹ in ꝑeminẽtia ſuę cauſę:& aliter in ſeipſo.Eſt vtiq; in cauſa,ſecũdũ potẽtiã, ſecũdũ rationẽ,& ꝑ mẽtalẽ cõceptũ.In ſeipſo vero ſubſiſtit ſecundũ actũ & ꝑ realẽ veraq; eſſentiã.Eteñ mundus ęternus qdẽ eſt potẽtia & cõceptione diuinę mentis: q̃ ab ęterno mũdũ in ſeipſa pręuidit ꝑcõcepitq;. tpari⁹ aũt eſt mũd⁹ actu ꝓprio:& reali ſuiipſius eſſentia:q̃ ſecundũ tempus ex arcano & ęterno diuinę mentis nutu in eſſe proceſſit.

¶Septima interrogatio tua de motu procedit: maxime vt video de ea quã lationẽ vocam⁹: An inquã hęc ſit entitas a mouẽte vel a mobili vel a termino a quo aut ad quẽ diuerſa. Ad id Pariſienſis academia varias opiniones conflat. Sunt eñ q velint motum non eſſe a mobili diuerſum:& hi etiã ſentiunt quãtitatẽ a re quãta minime diſtinguendam.Alii autem quorum dogmata mihi ſaniora videntur:& quãtitatẽ a re quanta & lationem ab ipſo mobili diſtinguunt:dicẽtes ſucceſſiuã lationem eo modo ſenſim acquiri ac deperdi in eo quod fertur:quemadmodum & lux luci,& vox voci in aere ſuccedit. Quamobrem nõ irrationabili multorũ opinioni acqeſcẽs: eã tibi ꝑ huius interrogati ſatiſfactione q̃ breuiſſime ſubieci. Septima quęſtio.

¶Octaua queſtione petis,vñ fiat ꝙ vnũ corpus occupet locũ Octaua quęſtio.

& excludat ab eo aliud corpus: an id fiat ſecundũ naturã corporis vt huiuſmodi: aut poti⁹ penes qualitates cõtrarias q̃ ſe mutuo expellant? Dico id fieri ſecũdum naturam corporis vt corporis. id eſt per naturã corporeę ſubſtãtię: cui corporea magnitudo lõgitudine, latitudine, & profundo diſtẽta ineſt. Nulla enĩ ſubſtãtia vt ſimplex ſubſtãtia: nata eſt replere aut occupare locũ: & ab eodẽ loco aliã ſubſtãtiã excludere: ſed dũtaxat vt corporea. i. vt corporeæ magnitudinis nõ expers. Quapropter pugna illa corporũ & ĩnata difficultas ſimul eſſendi in eodem loco: neq̧ ſumẽda eſt ex cõtrarietate ſubſtãtiarũ, neq̧ ex cõtrarietate ſimpliciũ q̃litatũ: ſed dũtaxat ex habitu corporeę quãtitatis: ꝑ quã ſubſtãtię id habẽt: vt locũ repleãt: & ab eodẽ loco ſeſe mutuo excludãt. Vides eĩ eã locorũ excluſionẽ & pugnãtiã nequaq̃ accidere ĩ ĩcorporeis & mũdo ſuꝑiorib⁹ ſubſtãtiis: vt ĩ angelis: neq̧ ĩ vna qdẽ ĩcorporea & alia corporea: vt ĩ aĩę & corporis naturali vnione: cũ & oẽs angeli poſſint ĩ eodẽ loco ſimul eẽ: & rõnalis aĩa penetrabilitet tota toti corpori inſit: & rurſũ tota cuilibet ſui corpis pticulæ ſit naturalr̃ ĩfuſa.

Nona quæſtio. ℭ Suprema quæſtio tua eſt de ſciẽtia ſimpliciũ extremorũ: & cõiuncti cõpoſitive ex illis. Vtrũ ſcire aliqd cõiũctũ ex duob⁹ tantum ſimpliciſſimis: ſit plus ſcire q̃ ſcire illa duo tantum: non ſcita ſiue ignota coniunctione eorum? Id eſt. Vtrum ſcientia alicuius ex duobus cõpoſiti: ſit maior & amplior: ſcientia ſeparatarum partium: vel certe. Vtrum ſcientia integri alicuius entis cõflati ex duobus ſimpliciſſimis & indiuiduis: aliquid adiiciat ſupra ſcientiã vtriuſq̧ ſimpliciſſimi vel minimi ſiue indiuidui partẽ nõ habẽtis? Huius queſtionis ambiguitatẽ perfacile qs ex ratione & ſimilitudine numerorũ exoluerit. Si enĩ percontabiť eo modo quiſq̃, An numerus omnis aliud aliquid ſit a multitudine ſuorũ minimorũ, id eſt impartibiliũ vnitatũ? Siue an cuiuſuis nũeri integritas & coadunata vnitatũ cõplexio: qcq̃ entitatis adiiciat ſup ipſam ſuarũ vnitatum pluralitatẽ vel multitudinẽ? Dicerẽ quo ad naturalẽ quidem

ſiue realem entitatem: idem penitus eſſe & numerum & multitudinem vnitatum: velut idem eſſe dyadem & geminas vnitates, nec totius cuiuſuis numeri ſubſtantiam: vllius realis entitatis appoſitione excellere ſuarum ſubſtantiam vnitatum & partium. Quoad tamẽ rationis & mentis iudicium: aliud eſt numerus a ſuarum vnitatum multitudine. Pręcellit enim numerus omnis entitate nõ naturali ſed mẽtali & rationali multitudinem ſuarum vnitatũ. Q̃q̃ enim dixerim iuxta realem eſſendi modũ: binas geminasve vnitates coincidere dyadi, id eſt nec plus nec minus naturalis entitatis habere a dyade: tñ negauerim apud mentem binas vnitates eſſe illico dyadem. Superat enim ratio dyadis dualitatem vnitatum: quandoquidem geminæ vnitates nõ illico vt huiuſmodi, id eſt vt diſiunctę & ſeorſum acceptę dyadem conflant: ſed duntaxat vt concurrentes conſpirantesve in vnum. Nam numerus equidem omnis, cum inquãtum poteſt ſit imitator & æmulus ſui principii, id eſt ſimpliciſſimæ monadis (Eſt enim monas omnium numerorum fons) neceſſe eſt cuiuſlibet numeri rationem mẽtalemq; formam, quam aliter quidditatẽ & ſpiritalem ideam appellãt: ſumi ac denominari ab ipſa monade, & minime a multitudine: vt hoc pacto numeri ipſi cum ſecundũ ſubſtantiam quidem & materiam a fontana vnitate excidant in multitudinem ſenſim prolabentes, ſaltem ratione & mentalis ſpeciei quidditate in ſuum fontẽ, id eſt in monadis apicem recurrãt. Si enim omnis numerus eſt vnus numerus: propria vtiq; numeri ratio diſcrepat a multitudinis notione: magis coincidẽs vnitati: tanq̃ vnice & coniunctim plurium vnitatum multitudinẽ cõplectẽti. Quaternarius enim haud eſt quattuor vnitates: ſed eſt vnitas, aggeſtio, & cõnexio quattuor vnitatũ. Et ita de omni numero ſane intelligẽdũ. Quattuor vnitates ſunt vt ſola & ſimplex materia quaternarii accipiendę. Vnitas aũt & cõnexio quattuor vnitatũ eiuſdem quaternarii actum, formam, & ideã nobis luculenter exponit. Hæc tamẽ quaternarii

forma,id eſt cõnexio quattuor vnitatum:quo ad rei naturã & ſubſtantiam nihil eſt præter quaternarii materiã,id eſt prę ter vnitates quattuor.Eſt tamen apud mentis & rationis iudicium aliud quiddam,& lõge forte inſignius:quemadmodũ & forma materiam pręcellit:& cuiuſuis totius ratio,partium rationibus cenſetur præclarior.Hæc ſimilitudo numerorum: ſi forte minus tibi propoſitã ambiguitatem diluere ſufficiet: plus inquam eſſe ſcire aliquod totũ,ꝗ̃ ſcire eius partes:& eminentiorem eſſe amplioremꝗ; ſcientiam totius:ſcientia ac notione partiũ:aliam eiuſce rei ſimilitudinem audi.Materia domus,ſunt ligna,lapides,& cęmentum.Forma vero domus,eſt artificioſa eorũ ſtructura,humanę habitationi idonea & apta. Attende igitur quam dicemus eſſe differentiam inter materiam domus & domũ. Profecto quo ad naturam rei realiſve entitatis nullam:quo ad rationem vero & perfectionis ſiue integritatis ſpeciem:latiſſimam.Pręter enim ligna,lapides,& cęmentum,& alia id genus quæ ad materiã domus exiguntur: nullus architectus quicꝗ̃ exterioris realiſve ſubſtantię domui ad culmen perducendæ confert. Nam forma domus,ſiue artificioſa ſtructura,quæ eſt vicaria & æmula formæ:neꝗ; ſubſtãtia eſt neꝗ; quoduis reale accidens,aduentãs de nouo in ligna lapides & cęmentum:ſed eſt ſimplex & purum accidens rationis,per quod ad ſimilitudinem ideæ domus quæ antea præla tuit in mente artificis:ligna,lapides,& cęmentum,eam quam diximus ſtructuram,humanæve habitationis aptitudinem & idoneitatem recipiunt.Non addit igitur domus ſuper ligna, lapides,& cæmentum,vllam realem entitatem:ſed entitatem ſolius rationis,quemadmodum & numerus omnis ſuarũ vnitatũ multitudinem,ſolius rationis entitate vincit excellitꝗ;. Quãobrem & ſcientia numeri addit aliquid rationis ad ſcientiam ſuarum vnitatum:& ſcientia domus ad ſcientiam lignorum,lapidum,atꝗ; cęmenti.Et ſcire domum,amplius ſcire eſt ꝗ̃ ſcire ſimplicia domus,id eſt ligna,lapides,& cęmentum. Eę